

Thom. Franci Fr^{ti},
Frisia Orientalis Cancellarij

Noctes Pragenses:

De Morbo Embelano, ejusq; curandi
ratione juridicâ et politicâ.

Exacta.

In divortio anni millesimi Sexcen-
tesimi primi et secundi.



Cod. MS. hist. 482 483. bibl. Goll.

im. 1844. mit dem J. 1899.

Dort. THOMAS FRANTZ
ICI FRIS. ORIENT. CANCELLARIJ

NOCTES PRAGEN-
SES.

De

Morbo Embelano ejusq; curandi ra-
tione juridicâ et politicâ

Exacta

f. descripta
Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo
Nono

(Str. 95. 1910. P.)

In divortio anni MDCX et MDCX

Scipio ad Livium.

Inventus ea, tanquam vulnera
attingo, sed nisi tacta, tractataq;
sanari non possunt. 3.

Morbi Embdani, ejusq; Curationis descriptio.

5.

tio (cod. 482.)
(f. 100. x.)

Morbus, quo affligitur nostra Provincia, Rebellicus est; in obedientia nempe absoluta et exquisita adversus Magistratum inferiorem, medium et supremum; cujus sedem Urbis Embdana. *(C. Morti Sedes.)*

(i. x) res seditiose siti vendicant; Qualitas
(Cod. MS. hist. 466, f. 101.) vero perdimisus est isti furori, qui homini
+ i. f. p. e. (x) bus morfu canis rabidi lasis, solet au-
+ q. (x) dere. Sanatio ergo morbi ex analogia
m a morfu illius medicina petenda, quam experti
Medici huic affectui pellendo idoneam
+ coll. Uti (x) putarunt; id quod ex diligenti colla-
tione signorum causarumq; et remedio-
rum, in hac descriptione erit demon-
strandum.

"
" Qualitas.
"
" Sanatio.

Principio ergo hoc tenendum: per qua-
signa hominem aliquem caninae rabie
Laborare intelligimus, per eadem, si ad
+ eandem Rempe applicantur, Rebellionem intro-
+ a. (x) ductam probari. Sunt autem signa illa
+ ord. Sequ. (x) sequenti ordine collecta.

Primo rabiosi, quia mente capti sunt, *(Rabies.)*
ideo nec se nec suos agnoscunt. *(Rebellicus.)* Rebellicus
quo-

+ caeca (x)

Signa.

I

quoniam + iaiā dominandi libidine penitus
insaniunt, idcirco neq. Imperatori, vel Prin-
cipi suo Legitimo reverentiam exhibent, ne-
q. mandata eorum suscipiunt, neq. Iudicia
subire volunt, neq. debita tributa solvunt.

+ Emendatis (x)
(sepius)

+ Ec (x)

+ Jam (x)

Quae signa, universa et singula cum Embela-
nis adesse alibi sufficienter sit probatum,
eos Rebelles esse sequitur; Jam enim non a-
gnoscent se Dominum habere, quam quod
velint scire se subditos esse.

Z

+ obtriam (x)

Secundo: Rabiosi in exacerbationibus adeo
furiant, ut in id, quodcumq. obvium est, sum-
mo impetu irruant, nōtos pariter atq. igno-
tos insectentur, mordeant, ac dilanient: -

+ plu (x)

+ auctorit. (x)

At nostri eadem Spectacula ediderunt, ita-
tim atq. primo rebellionis actu fuerunt
perciti; Contumacia enim et contemptu
extremo omne. Jus, auctoritatemq. et po-
testatem verbis supremam Principi, per
arma nefaria, adimentes, sibi adjudica-
runt; fidem & obedientiam ejurantes,
publicas Imperatoris et Imperij sanctio-
nes tam generales quam speciales vel
abrogarunt vel novarunt; Iudicio-
rum publicorum omnem vim enervantes, Prin-
cipem Principisq. filios et ministros pessimis calum-
nijs

nijs et convitijs infectati sunt; factionibus
per Collegia et conventicula illicitè consti-
tutis, arma corripuerunt, Magistratum
legitimum, Principisq; officarios omnes,
ex Atria et Urbe cum extremo vitæ pe-
riculo exturbatos, omni se imperio abdi-
care coegerunt, novos ex suo arbitrio subro-
garunt; Plebem vectigalibus et tributis
immodicis onerarunt; Huic Tyrannidi
contradictentes torturâ inhumaniter lace-
rarunt; et in infantes relegatione, gladio,
et supplicijs ultimis crudeliter saeviorunt;
Principi, Castellis et aedibus ipsius vi et ar-
mis prius occupatis, dirutis, solo equatis,
apertum bellum indiderunt; Urtem et flu-
mina publica externo milite compse-
verunt; Obedientes subditos et con-
vices omnis atrocissimis ad furoris societatem
provocarunt.

Quibus omnibus Demonstratur, illos, non-
aliter ac rabiosos canes, quosvis, Principem
cum primis, ejusq; familiares, et jura nota
pariter atq; ignota invasisse, in omni-
disse, dilacerasse; quod acterum est Re-
bellionis indicium.

3^o Rabiosus modo huc atq; illuc, intem-
pestivè atq; inordinatè citrag; modum.

vagatur et discurrit; Deinde rursus subito
 vel prope consistit, vel segnius incedit, p. h.
 as enim morbus hic, pro febris, quae illi per
 petuo Comes est, motu exacerbationis habet,
 atq; in remissione mutus ferè ac somnolen-
 tus existit. Eadem plane vertigine cir-
 cumferuntur hi, qui rebellionis morbo
 inter Embelanos sunt subjugati. Nunc
 enim ad suam propriam, nunc ad Ordinum
 Hollandiae vim armatam recurrunt; Mo-
 do ad eorum et Reginae Angliae interces-
 sionem, uno tempore ad amicam Composi-
 tionem, altero ad Imperatoris Decisionem
 refugiunt: Brevis post illa rejecta ad trans-
 actionem novam, aliquando ad Iudicium
 Spirense provocant; Rursum hoc relicto
 Principis sui Clementiam et mansuetudi-
 nem adorant: Aliquando satis suum offi-
 cium faciunt et quiescunt, aliquando 9.
 stupidi et somnolenti, neq; boni neq; mali
 quid faciant. Modo, ut canes ad vomitum
 regressi, supera infimis miscent,
 omnia tam confusè, tam intempesti,
 vè ut nihil supra. In summa; -
 haec illorum rabiosa vertigo talis-
 est, quae manet in nullo certa tenaxq; lo-
 co.

4.^{to} Exacerbationes rabiosorum fere recurrunt 4
 cum distensione nervorum, totiusq; corporis
 rubore, præsertim autem faciei: Solvuntur
 cædem cum frigiusculo sudore, sanguore quo-
 dam, et virium resolutione. Idem planè
 nostris audit. Nervus rerum movenda,
 cum est pecunia, quam primum autem hic
 nervus aliquantum distendi et pecunia
 crescere incipit, vel per Commerciorum
 Libertatem, vel per vectigalia illi iuste
 exacta, vel Creditorum patientiâ, statim
 rebellandi ingens desiderium recurrit,
 omnia tunc plena rubore, minis nempe,
 armis, tumultibus, seditionibus. At quan-
 do vel Commerciorum Libertas impeditur,
 vel vectigalium exactio cessat, vel Credito-
 rum repetitiones urgent, tunc languere
 incipiunt, sudore et frigore membra sol-
 vantur, vires concidunt et rebellio fit
 remissior.

5.^{to} Cæci agri miserrimâ cruciantur siti, 5
 tamen auestiones morbi sæpius movet et ex-
 asperat aquæ conspectus; nam quoniam
 onente non constant, id quod sibi opem
 ferre potest, non agnoscunt, ideoz a-
 quam perfortescunt, et ab ejus potu ab-
 stinent. Non minus illos discer-
 nit Speculi, a steriusve cujuslibet rei

rei pellucida intuitus; haec enim omnia, in-
 gentissimis clamoribus ac veluti canum latra-
 tu vociferantes, è conspectu suo auferri potu-
 rant; quod nisi confestim feceris, tremunt,
 sudant, deficiunt animo, delirant, mirro-
 rare contentiuntur. Quod aqua è spe-
 culum est in rabie vera, Illud Libertas et
 Justitia est in rebellionem nostram. Licet enim
 nostri Embdani seditiosi immensam Libertate,
 his sibi perpetuo torquentur, tamen si quis eam,
 ad civilem et convenientem gubernationis for-
 mam temperatam, illis exhibere contendit, re-
 bellionem longe acriorem excitant, neque enim,
 quod ipsis quam maxime utile est et salutare,
 recte apprehendere norunt. Ad Justitia ve-
 ro Speculum illud est: Quod vel in speciali Caesarea
 M^{ajestatis} Decreto, vel in transactionibus cum Graeci-
 pe initis et juramento confirmatis, vel in Com-
 muni jure consistit; quando facta et acta ipsorum
 examinamus, quantos pro Deum immortalium
 ibi clamores et vociferationes exaudimus. Illorum
 omnium vim dudum esse sublatam, alium
 verborum intellectum, alium Deippi Sta-
 tum. Si vero institueris fortius urgere,
 quot ibi sudores, quot tremores, deliria, pavo-
 res, et animi deliquia. Nec immerito vi-
 dent enim in illis primam imaginem suae rebel-
 lionis, et poenam expressam, si illam continuare
 perrexerint

perrexerint. Terrentur ergo ejus aspectu, et
eam undiq; dentibus calumnie. impetunt, ut
quilibet intelligere possit, eos ratioſorum natu-
ram nondum exuisse.

Particularia quoq; singulorum membrorum
in corpore, ratione affecto, signa cum signis rebel-
lium nostrorum, si ipsa individua spectes,
conveniunt; Sicut enim Illi, ita hii quoq;
et corporis et animi habitum ita mutant,
ut si videas rebellionis Principes, eos invidia,
ab Ovidio descripta, quam homini hominiores
dixeris. Caput, simulatione pietatis, in
alterum latus inclinatum, et, quod singula,
riter admirandum, perpetuo ad terram ita
depressum, ut, quemcunq; hoc contugium se,
me vel tingerit, nunquam vel orulum forenum
attollat, vel recto intuitu Principem vel bo-
nos cives intueatur, et aspiciat. Oculos ha-
bent rubentes, et ad seditionem propius in-
flammati; Aspectus torvus, horrendusq; et corporis con-
ad calumnias et convitia apertum, ac rebellio-
nis virus spumans: Lingua contra Princi-
pem et Magistratum exserta, eaq; bilis colo-
re lurido, perfidia pura, et perjuriis infecta;
Nares, defectionis indices, contracti, et inq;
perpetuis mucrosi; Pectus fastidio prae-
tensum, metus ac spe futurorum, antelam-
bristis et solitaria oberratio, modo huc modo-

Hypocrosis

Stitatio.

illuc in Templo, in Consistorio, in foro in Curia
in privatis suis aedibus. Conveniunt ergo
in his signis omnia.

47. Denique sicuti canes sani, quando rabio-
sum vident, statim ab eo diffugiunt, & ejus
confortio abstinent, eigo, si repente fit ob-
vium, blandiuntur et cedunt.

Eodem plane modo cives boni à Seditiosis
diffugiunt, et eorum confortio se quam lon-
gissime abdicant; uti vero fugere illos -
vel domiilijs vel commerciorum ratione
non possunt, blandimentis uti coguntur,
ut à morsu maneanť liberi. Quoniam
autem ex his constat, rabiem illam cani-
nam cum rebellionē nostrā qualitatibus
et signis congruere recte et jure Li-
vius et Tacitus alijsq. politicij nomine
ea convenire censuerunt; ut Rebellio
nihil aliud sit, quam rabies. Ad quod
primo loco fuit Demonstrandum.

Sequitur nunc altera. Hujus tractatus
pars, collatio nempe causarum, rabie
canem, rebellionē Civitatem corrumpen-
tium. Harum prima est ingenua
quodam-

quedam canis ipsius ad rabiem proprietas
 et propensio. Eandem politici sapien-
 tiores quibusdam Civitatibus assignant,
 Athenis nempe, Roma, Alexandria,
 Priura etc.

Nos hoc ipsum ad nostros Embdanos,
 consideratis qualitatibus omnibus, verè
 applicare possumus: Urbis enim tropica-
coeli signo Cancra subjacet, quod natura Embd. Astra.
sua, retrogradum est, et omni ordinaria
actioni adversum. Huic dominatur
 Luna, perpetuorum motuum et mutatio-
 num gubernatrix; Poli elevatio ad quæ,
 tum et quinquagesimum cegnatoris gradum
 asurgit; ipsaq; Urbis partium Septentrio-
 naliū est, si ad universi Orbis distribu-
 tionem te convertes; Occidentaliō vero,
 quando Europæ partitionem spectes. Ita,
 terea Urbis anari Baltico ab una, propius
 tamen Oceano Germanico ab altera parte,
 vicina est, ut ejus incota maris dicantur
 arcola: Alluit eam Amasis Fluvius
 ab uno, et aqua palustres atq; ubigionose
 ab altero latere, quæ quando excursu suo
 invadunt, urbem totam circumfluent,
 et illam in insula formam redigunt; per-
 petuo ibi ventorum et tempestatum agitatio

Mare.

Victus.

et verlego. Victusq; Embdanorum ple-
rumq; durus est, crassq; et compacta sub-
stantia; Panis azymus, bubula caro, ma-
jorumq; animantium, piscium cum primis
marinorum sale sumoq; induratum; et
casi esus, cerevisia, potusq; crassissimus.

Exercitatio.

Exercitatio ultra modum vel vehemens vel
remissa: Vehemens in navibus construendis,
navigationibus longissimis absolvendis, &
in mercatura, aliorumq; opificiorum vali-
dorum consuetudine, cui Embdani à prima
fere pubertate, usq; ad mediam aetatem,
sunt addictissimi. Quando autem vel
fuerit ob temporis opportunitatem desidia,
vel obseus, aetatis, et laborum tadia, ois
se delectant, nulla apud eos aut valde re-
missa cernuntur exercitia; nam vel com-
potationibus et commensationibus dies-
noctesq; transigunt, vel somno vacant con-
tinuo; plures enim reperies, qui totò tru-
nali tempore, ad amulationem Sybarita-
rum, solem neq; orientem. sentiant, neq;
occidentem.

Quod si quid in publico hominum coetu a-
gunt, id ad mercaturæ telam pertexen-
dam, levi de ambulatione perficiunt, nul-
la

La interim apud ipsos neq; Musices, neq;
 gymnastices publica, aut privata cura, imo utri-
 usq; exercitium gravi poena interdictum. Iam,
 si si natura vulpinam fuisset largita cal-
 liditatem, vel vulpibus taurorum conces-
 sisset robar, nihil utriusq; esset terribilius,
 nam donis suis ad perniciem semper abute-
 rentur. Divina igitur prudentia boni-
 tateq; factum, ut corpus et intellectus com-
 pario plerumq; motu afficerentur; nam
 quo major vis est illius, eo minor hujus-
 existit, et quo quis corpore plurimum ur-
 get, eo minus intellectu valet.

Musice inter-
 dictio

Quaquam ergo ex haecenus enumeratis
 constat, temperamentum nostrorum Emenda-
 norum ut plurimum calidum esse. O humi-
 dum, quod fortes et robustos homines consti-
 tuit, carne molles, corpore magnis, inertia
 amatores, quietis opores: quaquam pra-
 ter ea ipsum illud temperamentum, praeter
 coetera, bonum censetur, ut quod vitam
 in plurimos annos producit, hoc tamen
 vix semper nutrit, quod omnium mini-
 mum in statu suo permanet, adeo ut
 ne constare quidem ipsum posse nulli
 sint opinati; cum enim aspidue, nul-
 loq; puncto temporis intermisso, humor

Temperamen-
 tum corporis?

vi caloris dissipetur, pro calido humidoq;
temperamento, brevi tempore, calidum
simpliciter irrepit; hoc deinde in cali-
dum siccumq; traducitur. Unde morbi
nostri principium; Sub hoc vero dum
absumpto exhaustaq; humore, calor alimen-
to fomentaq; destitutus sensim languescit,
siccum absolute succedit, et illi cum jam
calor plurimum disiectus atq; fusus, ex-
tabescit siccum et frigidum, quod omnia
ferè postremum statuitur.

Animi Mores.

Hanc aulem temperamenti Embdani
inconstantiam, ut animi quoq; mores in-
constantes sequantur, omnino necessum
est, nam illi vitiorum omnium sunt geni-
tores. Neq; enim ab ea solum tyrannide
proficiuntur, quam prava educa-
tio, et immoderata appetitiones in ho-
mine stabiliunt; Sed multo magis
ab inaequali confusione humorum, cujus
causa ab elementis inaequaliter affectis.
Elementa enim vi coelestium corporum
agitantur, in elementis corpus huma-
num continetur, Sanguis in corpore, Spi-
ritus in Sanguine, anima in Spiritu, mores
in animaque tametsi est ab omni concre-
tione.

hione libera, contagione tamen ex illa co-
 herenti ut plurimum afficitur. Ex-
 quibus omnibus sua nunc sponte, illa per-
 suasio nos fateri cogit, Embdianos nostris
 etiam naturali modo harmonia intel-
 lectus & voluntatis carere, et perpetuo
 seditionum motuum fluctibus agitari.
 Nam propter sanguinis & humoris Co-
 piam ita onens obruitur, ut vix unquam
 emergat, aut ab hac terrestri labe se jun-
 gatur. Et quia impetus et cupiditates
 animorum rationi minus obsequentes
 habent, ingenij et Consilij inopia labo-
 rant in actionibus, huc illuc sine ra-
 tione, feruntur, in electione boni malique
 vacillant, non secus ac pueri, qui tam fa-
 cile amicitias deponunt, quam contra-
 hunt.

Locus ergo ut sint perfide, recto ordine, se-
 quitur. est enim levitas animi, cum perfidi-
 a non modo semper conjuncta, verum etiam
 ipsa perfidia ab inopia mentis, et diffiden-
 tia existit; nam quicunque inops est à
 consilio, uti omnibus diffidit, sic datam fidem
 sepiissime fallit; perfidia portò nusquam
 sola est, sed ubique suspicionis & crudelitatis
 sodalitas sociata. Suspiciari enim neque recti

est, neq; sinceri animi, unde natura hoc
ita comparatum est, ut nemo nobis su-
spectus sit, nisi quem laesimus, aut la-
dere volumus. Ergo qui fidem rumpere
ad inferendam alicui injuriam, se prepa-
raverunt, horum conscientia statim offi-
cit, ut se haberi ab illis in suspicionem pu-
tent, unde metus iusta vindicta; quam
ut à se repellant, à perfidia ad crudeli-
tatem progrediuntur; et hinc fit, quod
Embdani nostri scditiosi suspicionis perpe-
tuae equuleo suspensi, torquentur, etotu-
delictatis exempla. edere non abhorrent,
quamprimum eam aliqua cum impunita-
te exercere possunt.

Præterea, versuti sunt Embdani, quia
Lomaritimi, insidi, quia insulani; barba-
ro et inhumani, quia natura; mobiles
propter ventorum crebras vertigines, se-
roces, quia limitibus imperii bellorum divi-
turnitate illustribus oppositi; jactabundi
et loquaces, propter urbem munitam
et populosam; molles propter loca, per-
lustria, fertilitatem soli, frugum uberta-
tem, divitiarumq; affluentiam; mendaces
ob mercatura exercitium, nam qui mercatura
quaestum

quæstum faciunt, eodem mentiri et soepe
fallere, tum etiam vultu multa simulare,
ac variis hominum moribus assuetos, cal-
lidiores fieri necessum est; in iusti quia
neque iustum ipsi sua sponte facere possunt,
neque ut alii id faciant permittere volunt;
Impii in parentes & Liberos, ob educatio. "
nem plane nullam; inobedientes omnino,"
quia obsequendi leges nesciunt; Blasphē-
mi denique in Deum, quia quævis in divi-
nam Majestatem, etiam contumeliosissi-
ma dogmata quemcunque profiteri si-
nunt; mirum igitur nemini esse de-
bet, quod Embdani propter extremam
hanc animi intemperiem, perpetuis mo-
tibus subjecti, seditionibus & rebellionibus
continuè reddantur obnoxii.

Causa. 2. Secunda causa rabiei canina, est alterius
canis rabiosi demorsus, unde materia im-
moderatio; Hanc quoque rebellionis causam
esse, Livius testatur, quando scribit, collu-
sionem gentium perturbationem auspici-
orum publicorumque, & privatorum affor-
re, ne quid sinceri, ne quid incontaminati
sit, ut discrimine omni sublato, nec se quis,
quam nec suos noverit; ex hac eadem
rebellionem nostram ortam esse, sero tan-
dem animadvertimus. Materiam enim
morti nostri, Rex Embdanicus, jam satis conflat,

Exules.

Horum autem indigentium cum primis & vagabundorum, atq; exulium peregrinorum. immoderato augmento tribuendum esse. in ortu nostri principium; nam ab illis orta est pessima illa in Civitate, tam religionis, quam honestorum morum laxatio, et incendium illud, quo hoc tempore, videtur Civitas conflaturatura; habuit vero hoc ipsum augmentum duo principia, primo fortunam deinde industriam, quæ mali bonos eiecerunt, vel sibi similes fecerunt, & qua suam factionem auxerunt, quod sequenti modo est gestum.

Emone. primo. Frisia Orientalis Copiæ mor-
tuo, totius provincie regimentum ad im-
puberem filium fuit devolutum, qui cum
matrem viduam, et patriam nactus esset.
Auctores, hos inter, de administratione
provincie oriebatur emulatio; hoc suc-
cessorio edicto & Imperiali Confirmatione,
illa materona autoritate, et provinciar-
lium favore, tutelam ambiente; vicist-
tandem vel retentionis jure Vidua Master,
Comesq; Johannes patruus, certa pecunia
summa accepta, non tantum administra-
tionem tutela, sed etiam omnem succeden-
di spem sponte deposuit; vetus est querela.

Aut Auctoris memo-
ria hic hallucinata
est, aut tractatum
hunc describentis
aut erravit. Audet
enim hoc mor-
tuo Emone de
suis filij Edwardi
tutela et Comitatus
administratione
in iud. Edwardi
Matrem Annam
Olenburgicam
et patrum Jo-
hannem emula-
tio orta erat:
& Emone in ipsa
Frisieburgica, sub-
mersus, et im-
bis desperat, re-
lictis Ruespott,
Edwardo & fra-
tre.

in interregnis, nihil tam sanctum neque
 adeo sacrum esse, quod non soleat sociissime,
 & cum summa impunitate, corrumpi;
 neque id absque singulari ratione, nam inter
 regni tempore vis regni summa, quae in
 facultate rationali, & mente consistit,
 multum minuitur, quia corpus vivo
 Capitis sui usu privatum est: vitalis
 praeterea virtus regni, ac provincia
 robur interim periculum augetur, quo
 niam inter optimates, ac plebem, ex
 tremis dissidia, et perpetua amula
 tiones, imperii, obsequiiq; causa, ex
 citantur, ut respublica non possit, nisi
 cum ingenti periculo à Curatoribus suis
 aliquo saltem modo, in statu dubio reti
 neri; naturalis ergo facultas qua quilibet
 privato sui solum conservationem,
 & incrementum quarit, interim domi
 nium obtinet, onera et officia, quae
 quilibet Capiti & publico usui exhibere
 debet, aut negligenter praestantur,
 aut plane moriuntur et intereunt;
 Idem sub Curatela materna Embelana
 accidit civitati, et totius provinciae,
 nimia enim indulgentia, ab imperantibus

imperitia orta, obedientiam Capiti debi-
tam paulatim imminuit, in obedientiam
vero auxit; primo in ordine Senatorio qui
non ex præscripto legum sed ex arbitrio sua
voluntatis, Civitatem gubernabat. Civium
et incolarum de in numero crescente indies,
nemo ad certam regulam, multo minus
ad certum numerum illos adstringit, nemo
bonus à malis discriminavit; adfluxit itaq;
materia morbi tanquam ad locum af-
fectum, sine ulla impedimento, sic, ut per
vo tempore, maxima hominum multitudo,
ex mercatoribus, nautis, opificibus, Oma-
nuariis collecta, amplissimam Civitatem
fecerit adeo ut urbis quoque pomeria extendi
oportuerit.

Debet hoc loco totam provinciam, ad
formam Corporis Humani, in duas partes
distribuere, quarum aliqua solida sunt, et
ossium naturam habent, altera autem
non habentes solidarum partium vires, sub-
nent urbes, quarum quæ Metropolis est, spi-
na dorsi etiam à positivis assimilatur. —
Embelam autem totius provincie Metropolim
esse, negare non possumus. Quare ut eam,
cum spinâ Dorsi comparemus, nullâ ratione
prohibemus

prohibemus. Quod ergo in hac medulla, vel
in cervice, vel in thorace, vel in lumbis, vel in
osse sacro, eiqz adherente coccyge, (quæ par-
tis torius. Spina 7 continetur, sic quoqz, Evis,
vel in ordine senatorio, (qui cervicis instar
est) 7 vel inter mercatores et nautas (qui
thoraci similes sunt) 7 vel in lumbis, (quos
opifices referunt) 7 vel in osse sacro, (quod
confistorium est) 7 vel in coccyge, (quam
reliqua, fæx plebis representat) 7 continen-
tur. Quemadmodum autem os sacrum
et quæ in illo continentur residua medulla,
oo Rens publicum et communem usum,
in corpore humano constituta est, ut robs,
re et firmitudine sua, omnem relinqua-
rum partium molem sustineat. Sic sa-
cer, cujuslibet etiam Civitatis ordo, ob hunc
publicum et communem usum intro-
ductus est, ut salutem et tranquillitatem
Reipubl. Doctrina et Exemplo, apud subditos pie-
tate autem et precibus apud Deum, conservet
atqz sustineat. Sed ficti saluberrima phar-
maca moderate sumpta medicina sunt, imo,
moderate venenum; Sic sacer ordo, intra
terminos sua vocationis, & officii sui subsis-
tens, Civitati et reipublicæ multum prodest,
eos vero, quando excedit multum nocet; exem-
plum ejus præstant nobis Consistoriales Embellani, Consistoriales.

ab his enim malum omne in Civitate, & provincia est ortum, ab his rebellio fovetur, augetur et conservatur. adhuc quotidie genitum autem hoc malum, sub ea est regi, omne, quod tutela nomine Viduam matrem administrasse diximus, crescente enim ei, virum numero, in omnibus partibus Civitatis, nova quadam materia, se se insinuat glis sacri onedulla, hoc est sacro ordini, primigenia et antiqua plane contraria.

Religio.

Nam cum hac illam fidei et religionis normam amplegeretur, quam publica imperii lex, id est pontificia aut Augustana confessionis formula, Reformatarum aliarumque ecclesiarum exclusit.

Bidenbachius quæst. Nobilium quæst. 6. num. 5. permittit, illa, hæc expulsa, dogmata ac ceremonias ecclesiasticas in Civitatem introduxit, quas Anglia, primum, post Belgium, Dania quoque, et Germania inferioris Civitates omnes tanquam noxias et extrinsece venenatas, amoverant. His plures alia secta sunt permixta, ita ut in unâ Civitate, eaq; non adeo magnâ, reperies qui Concensuum et Helvetiorum placita, et monachos ecclesiasticos strenuè propugnent, et qui Seditanorum

Aut
ria
ut
tum
na
tuo
viti
viti
tas
ne i
ma
Ola
A
ha
tio
E
Fid
mer
bis
Sic

Sanorum, Anabaptistarum, multiformium,
 Davidis Georgii, Helamitarum, iudeorum
 etc. paradoxa et ceremonias illis sine exe-
 ceptione, proponant; qui nimo nihil hoc seculo
 tam notum, tam impium, neque tam blasphemum,
 pura et vera religionis sanctitati ex-
 tricari potuit, cujus semina, Disputatio de reli-
 gione, discordiarum in Civitate mater, larga ma-
 nu in Embelanos non effuderit. Super sunt qui,
 dum aliqui pontificum et protestantium confes-
 sioni addicti, quos tamen ceteri Vaticano odio perse-
 quuntur. Cum primis qui Genevensium placita
 et mores in Civitatem introduxerunt, qui sensim
 et suavesce omnem Ecclesie auctoritatem primo, *Consistorialium*
 post arbitrium rerum ad Civitatem pertinentium, *auctoritas.*
 denique Censuram universalis regimini, in tota
 provincia, siti applicarunt, et adhuc hodie pro-
 concione: quod ego meis audiri auribus: spem ore
 valiferantur, et clamitant; nolle se alium Principem *Os ad convictum*
 agnoscere, quam qui ex suorum Patrum *natum!*
 sit ordine.

Dixi sensim et suavesce hoc malum intro-
 ductum esse, et vere. Est enim natura huius
 veneni, clam ac furtim corporis nostri substan-
 tiam, non Temperamentum immutare, id insu-
 subiens Spiritus, Sanguinem, Humores, partem sub-
 stantiam contagione labe facta et hinc sensim
 serpit longius in partes principes, sed tam segre
 ut

ut rara ante diem vigesimum-, interdum non
nisi anno, & quidem septimo, Symptomatis se pro-
dat, per has moras nec febris, nec malum aliud
ullum percipitur, nec scit aeger quanta perniciēs
lateat; eadem natura est seditionis, ut ubi se,
mel corpus Reipubl. invasit, quasi repente
ad singula, etiam intima membra penetret;
& nisi radicitus extirpata fuerit, non solum
breui tempore, repulset, sed etiam alias ex
se seditiones propinat; O clurum Civitatis
Embdana, fatum, quae tale venenum im,
providi nimis suscepit, et longe durius, quod
illud tanto tempore, aluit, neq. principis
fortiter obstitit, verum omnibus conatibus
juvit, ut virus hoc vires acquireret cuncto,
non tantum matre vidua vivente, sed etiam

Edzardus & Johan.
Comites.

mortua. Reliquerat illa duos filios, Edzar-
dum et Johannem: illi tanquam primo
genito universale provincia imperium, ju-
re optimo obtigerat volebat ergo, ut non solum
civiles; sed etiam Ecclesiastici ordinis ho-
mines, & inter illos Embdani cum primis,
ad metas vocationis, & officii observandas,
adigerentur. Illud animadvertentes viri
isti sacri ferale dispidium, inter fratres, de
dividenda provincia excitant, Comitumq.
Johannem, quem sui juris fecerant intigant,
ut coram hac Caf. M^{te} ad divisionem pro-
voca-

Comitatus
divisio.

vocat; provocat ille, impetrat decretum,
suspendendam Comitibus Edzardi universalem
gubernationem, et fratres, donec de divisionis
jure, vel non jure, certi quid definiatur, in com-
muni provincia gubernatione, autoritate Spo-
testate parces agnosci debere. Decreto hoc promul-
gato, impetrarat sacer ordo plus, quam sperare
ausus fuerat, turbato enim regiminis statu,
autoritatem suam stabilire, et rebellionis semina
latius spargere potuit; tunc Comiti Johanni
omnem reverentiam exhibere, dictis edictisq;
ejus parere, judicia subire, necessitatibus ejus sub-
venire; Edzardo vero conjugio, ejus, & liberis
etiam defunctis nihil quam contumelias, con-
temptus, et injurias privatim & publice in-
ferre, ita oleum flamme infusum, dissidia
fraterna, ad summum usq; gradum aucta,
calor obedientia, in animis Subditorum pau-
latim extinctus; ordinis sacri vero potestas
et autoritas tantum crevit, quantum principum
imperium et jus decrevit; sic crescit Romani,
nis Alba

Comes Johannes coelibatui se devoverat, itaq;
suusor in incerto erat, sub cuius auspiciis li-
centiam turbarum retinere, et spem pramiorum,
qua ex fraterno hoc bello sibi promiserant,
alere poterant. Nam ergo Comitis Johan-
nis animus tentatur, an arces et castella qua
communi jure obtinebat; Ordinum Hollandia
& Zelandia praefectis tradere velit, qui magna

Comes Jo.
hannes
moritur.

pecunia summa numerata, damnum quod
ex cessione hac sentiret, essent compensaturi,
tunc demum serio, sed nimis sero fraudes et fal-
lacias horum Dominum animadvertere bo-
nas ille Comes cepit, & ex indignatione rei, con-
filiorumq; erroribus in anelancholicum mor-
bum incidens, eoque toto quinquennio confidatus,
omnifere tandem vita sua telam abolvit. Quo
mortuus, non amplius cuniculis Comitum Edgar-
di Successorumq; jus & potestatem adorandam
sed arietibus contundendam viderunt. Hosigi-
tur sequenti ordine preparant. Erant circa
hac tempora, funestissimis belgici belli cala-
mitatibus, auola et finitimi ipsis variis mo-
dis implicati, et inter hos Frisia Orientalis,
squam proximior, omnium maxime Comes
Edzardus quem probitas et pietas sibi in soli-
dum mancipaverat, hoc unicum in votis ha-
bebat, ut suos subditos Emblemam Urbem cam-
primis, ab incursionibus et latrocinii mili-
tibus protegeret, & ut exules supplices omni-
bus humanitatis et misericordiae subsidio fore-
ret, sublevaret et amplexaretur. Hoc offi-
cium facer ordo ob id summis laudibus publi-
ce extollebat, quod divinis mandatis conso-
lum esset peregrinos hospites ob constantiam
professionis de fidei veritate, patria fortunisque
exutos, benigne suscipere. Sed quae tibi vi-
dentur, non sunt vera nuptia, ut Terentia-
nus ille fenus auguratur: sic illi simulati
has

has Principi suo in os dicebant laudes, clam-
 vero receptionem hanc peregrinorum, ad sta-
 bilendam suam rebellionem fovebant, *Exules.*
 id omni conatu, numerum exulum crepto-
 rum augebant. Illos enim tanquam novis
 cives, et a primigeniâ obedientia de genere,
 facilius in partes sua ituros, sibi persuaferunt,
 itaq; cum parum spei et fiducia in naturales
 et legitimos Cives ac subditos collocarent, asci-
situs et adoptivis sibi opus esse censuerunt, ut
Legitimum obedientiam blandimentis cum
 non possent immutare, eam violentis mul-
 titudine opprimerent. Receptis ergo sine
 discrimine, proscriptis exulibus omnibus,
 Principis plebem paulatim faciebant suam,
 idq; hoc stratagemate. Erat illa turba-
 maxima ex parte, ex colluvie Mechanicorum, *Exulum qualitas*
 et manus ope vitam suam sustentantium,
 collecta, inops, egens, et ad quavis facinora
 perpetranda prompta atq; parata; insti-
 tuuntur ergo publica Xenodochia, sive Do-
 mus Hospitales, posteaq; stipes cottidie
 colligitur, sustentationi illius Domus con-
 secrata. Ex hac stipe nutriuntur illi,
 qui a patriâ et obedientiâ legitima exu-
 les, præterea nihil habent, ex quo mise-
 riam suam vite, posteritati testatum faciant.
 Ex hac est illa turba, quam diximus in os ex-

Cuculum
usus.

cugis, quod sacro terminale est, rejectam esse;
se; Sicuti ergo illi omni unicum hunc usum
assignant peritiores Anatomici, quod foemi-
na parturienti opituletur, locus suo cedat,
ut foetus facilius uterum egredi possit;
ita hac hominum colluxus sacro Emenda-
noturno ordini inservit: ut monstra sediti-
nis et rebellionis suae, tanta majori cum
facilitate projicere possit. Et quemadmo-
dum Coccyx, siue cuculus, non nisi cuculi
sonum edit, atq; hospitis sui pullos devorat.
Eodem modo hi homines, non alium, quam
ordinis sacri sonum. edere didicerunt, & ju-
ra hospitii, naturae & gentium, juri sacro
sancto, non minuere, non cedere, in solidum
sollere satagunt, & quidem non absq; ratione
politica. Itali enim de hac hominum-
sententia non minus prudenter, quam re,
re scribunt. Osi fatta varra. d'huomini
e propri mente akka a. tuonustuare mol,
si dalla speranza la quale esse hanno di pote,
re arricchire e perche la seure na di non
poter perdere alluana cosa, li rende pronti
& arditi. Postquam ergo his artibus
plebem infamam in suas partes tradiderunt,
materiam porro validiorem quasi fore, ex
quâ

quâ intentionis suæ peditioſe perpetuos
vindices ac tribunos formare poſſint, quod
ſali arte perfeſcerunt: medici amotant
inter ultimas lumborum vertebraſ, & oſſis
ſacri ſummitatem, item à primo, ſecun-
do tertioq; oſſis ſacri foramine, exire qua-
tuor nervorum paria, quæ quando u-
niuntur, maximum totius corporis ner-
vum conſtituunt, eumq; craſſiſſimum,
ſicciſſimum et validiſſimum cuius hic
eſt uſus, ut inferiorem corporis regionem,
quoad ſenſum corporiſq; motum ſuſtineat.
Ex ſi autem Friſia Orientalis Emiteſ ho-
rum nervorum vices ad quatuor & viginti
cives optimos ab uno; et præfectos vexil-
lorum ab altero latere, antecęſſorum ſuo-
rum experimento ſatis feliciter commenda-
verāt. Tamen ordo ſacer hiſ non conſi-
dens, alios ſuæ ſarina manicipes conſtituendos,
et ob id duo nova collegia adornavit, quæ,
Quadragenta Virorum unum, Senatus miſi-
ſaris alterum, utruſq; ex ſuperiori homi-
num colluvie collectum.

Quadragenta viris tantam poteſtatem atq; 40. viri co-
tribuit, quantam neq; ephori apud Spartam, ^{rumq; poteſtas.}
atq; neq; Plectores apud Germanos, ſibi un-
quam ſumere auſi fuerunt. Nam Scin=

cipem, ordines, et status provinciae, Civita-
tem cum primis, et Senatum Embalanum sua
potestati subjugatum aut servant, unde ni-
hil neq; à Principe, neq; à provincialibus,
neq; à Senatu in Comitibus publicis, vel extra
Comitia tam sancte constitui aut decerni-
potest, quin irritum sit, nisi quadraginta
virorum jussu confirmetur. Imò si sacra
Cæs^{ae} Majestas quicquam vel per episto-
lam constituit, vel per sententiam defini-
vit, vel denig, cum ordinibus et proceribus
imperii universis ac singulis, sancivit,
edixit, promulgavit, nullius vel authorita-
tis, vel estimationis esse debet, quamdiu
quadraginta virorum sigillum et ratifi-
catio non auferit.

Tribuni militares praetorianorum et
camillariorum Consuetudines imitantur,
nam in suo arbitrio positum, Principem su-
periores agnoscere velint nolint, suae po-
testati aut potius tyrannidi defensionem
urbis et seditionis arbitrium suspectum
credunt; His ergo auxilium ordo saevus
praestus, per quadraginta viros, monstra sua
rebellionis in lucem producit. Lex Tribunus
militares

militares vero, eadem nutrit et fovet; -
 apud Galenum. Pelops dicebat, posse prater
 naturam in corpore essentiam sponte gene-
 rari, quae mole minima sit, facultate au-
 tem quam maxima. Et quae cum nervo,
 iam aliquam sedem occupavit, per continuas
 partes, usq; ad nervorum principium, quod
 cerebrum est, vim suam transmittat, sive
 id alta ratione fiat, sive Spirituali essen-
 tia veluti aura ad illud allata; simili
 ergo plane ratione in osse sive ordine sacro
 essentia genita est, mole certe quam minima,
 vix enim originis suae tres aut quatuor per-
 sonas autores agnoscit, facultate autem quam
 maxima, quae et nervosissimam sedem /
 plebem videlicet ipsam occupavit, & per sum-
 mos, hos est per opifices & manuarios pri-
 mos; post per docti vertebres, mercatores
 videlicet et nautas, deniq; etiam per cervi-
 cis medullam, Senatorium puto ordinem
 ascendens ad cervicis principium. Sane
 ipsum, vim suam transmittit.

Modus transmittendi an in alteratione con-
 sistat, an in spiritus erectione, diligentiori
 opus habet investigatione, sane si opifices, nau-
 tas et mercatores, & deniq; senatum ipsum re-
 spiciis, alteratio est observata, neq; enim ostentia

civiles penitus est sublata, sed à Principe in-
Consistoriales eorumq; mancipia translata quod
alterationis est indicium.

Consistorium Consistorium enim omnem reverentiam, ho-
ejusq; auctoritat. norem, et obsequium superiori atq; ac inferio-
ri magistratui debita, quam longissime à se
rejecit, sibi vero singularem quandam Ocheocra-
tiam confirmavit, cui tam in sacris, quam in
profanis negotiis absolutum statuerendi arbitrium
ac potestatem extremam cum violentia, attribuit.
inde statutam, ne quis in album civium reci-
piatur, nisi hunc ordine jurato sit obstrictus,
nemo in collegium Senatus, quadraginta viro-
rum aut tribunorum, militarium cooptetur,
nisi à sacro ordine approbatus.

Nemini illa, ne ipsi quidem Imperatori aut impe-
rio pareat, colitur à collegio, timetur à Senatu,
fovetur à vicinis, & cives boni illum metuunt,
mali amant, is enim suo nutu movet & fovet,
construit et destruit omnia. Quod si Principi,
sem ipsum spectemus, fatendum est, venenum
hoc per exhalationem sive Spiritualis essentia
transmissionem esse prorogatum. Mater enim
Vidua, quamdiu curam et administrationem
provincia sustinuit, pravis Consistorialium
dogmaticis infecta, vim animalem sive ra-
tionalem plane sustulit, cujus virtute vene-
num hoc compescere debuit. Illa mortua
dissidia fraternalia prohibuerunt, imo sustulerunt

omnem medicinam huic morbo contrariam.

Quod vero ex medicorum sententiâ diximus, veneni huius naturam talem esse, ut non primo sua natura ortu sicut alia, sed longo ordinis progressu atq; mutatione tale fiat ven., de quod perniciosius ejus intus delitescat, proveniat atq; offendat quâ cæteris hebetior in crassiore densioreq; materia inhaerescat, quâ non nisi interioris ejusq; copiosioris vi excitetur: id, scilicet omnia huic nostra rebellionî convenire ex superioribus manifestum est, per totos enim quinquaginta annos hoc venenum intus delituit, inq; varias formas mutatam, tandem prodicens initio non offendit, sed sub offendit, vulgoq; ed plebi infirma, crassissima certe materia, inhaesit tam diu, donec matura facta seditio, vehementi cum impetu prorumperetur, pro quo modo factum fit, utile est explicare.

Annus agebatur à Christo nato, millesimus quingentesimus nonagesimus quartus, quocirca autumnî initia, Urbis et ager Groningani Principis legitimi obsequio suspensio, Hollandia et Zelandia ordinibus sese adjunxerat; hoc factum, ut pro suggesto laudaret, ritusq; et religionem antiquam corrigeret vocatur Groningam primus ordinis facit antistes. Parat ille iter, Edzardus Comes futurorum motuum providus, per Senatum jubet, ne eat, contemnit ille principis mandatum, it, redit; Uttram

vero is, vel ab hac causa, vel quod in hoc itinere
 à veneratâ bestia morsus esset, vel quod rebel-
 lionis veneno infectum. aerem. hauserat, sedi-
 tionem maturavit; nec affirmare in solidum
 possum, nec negare volo; singula enim. Sus-
 ficiunt, Omnia concurrunt; illud profecto-
 reditum. ejus est subsecutam, quod maxima ei
 vium. pars rebellionem, quam diu parturiverat,
 redere. Landem. instituit. Scribunt medici. Tan-
 tam. ejus veneni, quod à rabido cane in alios de-
 rivatur, vim esse, ut inquinati et furore perui,
 uti osculum. etiam. officiat, quod ita se habere cer-
 uita. probavit experientia. Cum enim. rusticus
 quidam, rabie perculsus, furusq. agitatus, sibi
 e vivis brevi. emigrandum esse intelligeret, api-
 dentes qui eum. vinculis. constrictum. tenebant
 in furoris intermissione obnixi. rogavit, ut,
 quos mox. deserturus esset, Liberos, sibi. deaca.
 lari. liceret, quod eum ei. fuisset. concessum,
 Liberi. q. oscula. libasset, praefatus est, sed
 v. eue, septimo. post. die, Liberi. eodem. morbo-
 correpti, iisdemq. cruciatibus. torti, brevi. mi-
 sertimam. vitam. cum. morte. commutarunt.

Eodem plane osculandi modo raticus, & rebel-
 lionis nostra per ordinis sacri antistites in circis
 Embdianos naturaliter ad hoc vitium. procli-
 ves, est effusa, nam ut alio processu uteren-
 tur, nec vita genus, quod exercebant, nec mor-
 ti, quem animo eoquebant, ratio permittebat.

Tactu

Motuum auctores
 convulsatores.

Tactu enim violento illos inficere, qui in obe-
 dientia constantes & à rebellionē integri repe-
 riebantur, admodum difficile erat, et peri-
 culosum, cum spumosa rabidi canis saliva,
 in integram cutem invidens, nihil sinistri metu-
 endum hortetur, modo statim locus detergatur
 et elatur, hoc ergo Ordine et modo contagium
 in Civitatem dispergitur, ut aliqui dulcedine im-
 perii et dominationis, per militis Hollandia
 vicinam vim, aliqui religionis et libertatis inte-
 gritate, quam dicebant Principem invertere
 velle, ad rebellionem inchoandam clam &
 furtim incitarentur, quibus recte prepara-
 tis, tandem Suggestum conscendunt, calumnias
 & fictas in Principem querelas repetunt, au-
 ditores ad constantiam in religionis et privile-
 giorum defensione hortantur. Deum sua
 perfidia testem invocant, bono Zelo ea à-
 se proferri, non esse sibi ignarum dicentes,
 se solos à Principe peti, sua capita ob reli-
 gionis, ob libertatis protectionem divis sup-
pliciiis devoveri, orare, se Cives, ut quos ordi-
 ne administrum Ecclesiasticum vocarent,
 eodem in spontaneum exilium libere abi-
 re permetterent, cepuros se principis furo-
ri modo sciant ecclesiam tam bene consti-
 tutam, post suum discessum nihil detri-
 menti Capturam, hanc se ipsis per testamen-
 tum

“tum quasi sanctissime commendare, cetera
omnia humana magnanimiter contemnere.
miscbantur his crocodili lacrymæ, & quic-
quid ad furorem plebis augendum videba-
tur idoneum.

Hæc ergo oculis et blanditis auditores
omnes in radem conversi, statim in templo
concludunt, et uno præeunte, reliqui digitis
erectis conjurant, se potius obsequium Prin-
cipis et Magistratus sui legitimum de se,
furos, quam ordinis sacri auctoritatem ab-
polestatem videre imminutam, conclama-
tur statim ad arma, ipsæque arreptis, Sena-
tores ab officiis remorentur, novi institu-
untur, Curia et omnes res ad Civitatem
pertinentes, cum urbe ipsa occupatur, Prin-
cipis ædes per prodictionem ipsi tradita ca-
piuntur, et in sacratissimo Paschatis templo
destruuntur, succeduntque ordine fidi rebel-
lionis actus omnes, quos supra in recensio-
ne signorum allegavimus.

Sic ergo immoderatio civium tam quoad
quantitatem, intus in corpore civitatis,
virus hoc genuit, & per sacri ordinis homi-
nes in reliquas partes est derivatum, ut
illi quidem primo & per prothopossiam,
hæ-

hæc vero successivè, vixit Moxeian, et seditionis ex seditione nata sit, quod illius generis morbis per quam familiare, plerumq; enim et mortuus est et morti causa.

Sextia rabiei causa ab accidente, puta à negligentia convenientis medicina, justo tempore adhibita, oritur: cum canis animal domesticum et frequentissimum sit, si rabie corripitur, ab eo cavere, per quam difficile est, et si quempiam momordit, tamen, si nulla gravia symptomata, nisi forsitan ex vulnere dolor protinus urgeat, periculum tamen maximum ac inevitabile imminet, nisi certis præsidis confestim obviatur, quippe venenum in partem motu vulnera, tam infixum si finitur sensim ac clanculum in totum corpus irrepens, omniaq; contaminans, et in sui naturam depravans, tandem hydropobiam, ac brevi mortem accersit; eadem seditionis ac rebellionis sunt initia, progressus, et causa. N.B. Subditis enim tale quid timere vix solemus, itaq; initia seditionis non sentimus, ne dum quod illis confestim et debito ordine iusta remedia opponamus, sicut id historia nostri mali abunde docet. Nemo enim neq; sub vidua matre, neq; sub dispendio fraterno, tam atrocia,

facinorosa ab ordine sacro perpetrare posse exi-
 stimavit. Immo cum post obitum Comitis
 Johannis, seditiosa natura principia gliscce,
 re inciperent, et ad eam transitus fieri per-
 flagitationem postulatorum quorundam quæ
 illi gravamina appellarunt, nondum tamen
 ne tunc quidem huic morbo est occursum.
 Santa, pro dolor, affinitate hæc duo mala
 sunt conjuncta, ut in Civiliū tumultuum
 initium, allegatio Libertatis, & sub illius præ-
 textu, conficta gravamina, nimirum re-
 bellionem recte appellare, et illam in hanc
 denegare prudenter augurari possimus. —
 Nam neque in consummatâ inobedientiâ sem-
 per graviores, illi et immaniores, sed inter,
 dum etiam leviores et irriti fiunt motus,
 qui non secus ac in Libertatis defensione pri-
 ma, nullâ violentiâ, sed sola obedientia hæc,
 Lucinatione, superioris auctoritatem & po-
 testatem impetunt, tunc nimirum, quando
 proxima illa continensq; mali causa levius
 excandescit, et exiguum de se vaporem aut ha-
 situm emittit, non enim specie aut causâ,
 sed tantum quantitate secundum magis
 & minus differunt, prætextu Libertatis de-
 fendenda facta gravamina, et seditiosi re-
 bellio ipsa. Considerent ergo sapientes, quam
 vere dictum sit, seditiones non de parvis, sed ex
 parvis

Moti
 con

parvis rebus nasci, quamvis mala sit illa
 consultatio, quæ obedientiam in dubium
 vocat, quam periculosa prima libertatis
 assertio, quam exitiale omni Reipublicæ
 statui ejus assertionis incrementum, quod
 nisi in prima herba oppresseris, ubi radi-
 ces agere ceperit, vix absq. summo labore,
 et cum extremo reipublicæ dispendio,
 erellitur. Quemadmodum enim in re
 familiari etiam maximas facultates parvi
 sed crebri sumptus exhauriunt, dum dimi-
 nutio non apparere aut sentitur, quia uni-
 versa simul non profunduntur: ita mi-
 gratio à legibus, et gubernationis statu,
 quæ pedetentim obrepit, nec tota simul
 Reipublicæ invadit, hoc magis obest, quod
 dum despicitur, occulto gressu eo usq. pro-
 cedit, ut nullis deinde neq. consiliis, neq. ra-
 tionibus amplius contineri possit, quam si
 vehementius initio apertiusve prorapisset.
 Sit ergo nostrum malum Principibus omni-
 bus Exemplo, ut nascentibus hujusmodi mor-
 bis maturè et intrepidè occurrant, nec pa-
 tiantur morâ et diuturnitate temporis il-
 la auferere et confirmari, quorum foe-
 da imitatio, quasi turpis scabies aut gan-
 græna paulatim longius serpendo reli-
 quos comprehendat, parva enim flintilla

neglecta magnum saepe excitat incendium; id quod in Trispiā accidit, postquam Embolano-
rum gravamina convenienti remedio non
fuerunt sublata, fit enim manifesta statim
conjuratio, et subsequitur ille proximus, de
quo superius admonuimus, et per quem pri-
ma magistratus depositio in Urbe est facta;
curia occupata; praefecti et custodes Urbis
mutati.

Mandatum
Imperatoris
Romani.

Huic ingruenti malo Comes Edzardus -
mandatum imperatorium objicit, quod
sub comminatione proscriptionis publicae,
seditiosos ad obedientiam sui Comitis et ma-
gistratus astrinxit, quae in Urbe, contra
autoritatem Principis, erant innovatae;
fustulit, restitutionemque in integrum, uni-
versis et singulis Embolanis mandavit;
sicuti autem ratirosi ad institutum, ag-
gita Embolani ad conspectum hujus Caesaris
mandati de morbo non modo nihil remi-
serunt, sed suam rebellionem ad extremam
usque exacerbationem propeverunt.

Quicquid enim Principi aut Senatui de ad-
ministratione et custodia Civitatis hactenus
reliquerant, in id summa vi irrebant, do-
mum Principis destruebant, extraneo milite
urbem.

Urbem complebant, flumina publica offide-
 bant. Omni bellum per fociales buccinatos
 aperte indicabant, subditos provincia univer-
 sos ex singulos ad furoris societatem vel minis,
 vel blandimentis incitabant, et nihil omitte-
 bant, quo suam rebellionem toti orando ma-
 nifestam redderent. Successit igitur re, ^{comes mili-}
 medium aliud idq, magis infrenans, arma ^{tem colligit.}
 scilicet et milites à Comite collecti, et ad ur-
 bis offidionem preparati, Cæsarea, iidem edicta
 et interdicta prohibitoria et restitutoria pri-
 vibus multo paviora, sed inutilia fuere-
 hæc omnia, decreta enim Cæsarea, fera nimis
 ad Embelanos, fuere perlata, interim morbo
 accessit crudelius symptomata morbo ipso, or-
 dinum videlicet Hollandia et Zelandia
 mil- es, qui non Embelam, sed Hollandicam ^{Qui Belgia}
 Libertatem offideri clamitant, cum milite ^{in urbem re-}
 Comitæ, quasi sua res ageretur, manus atq, ^{cepti se op-}
 arma, conferre cepit: prudentis medici est,
 symptomati etiam urgenti, in agrotantis gra-
 tiam, non vacandam, quamdiu vinum robo-
 ri sedimus. Ch vero nimium gravere vi-
 ribusq, insensum est, protinus symptomati
 occurrendum, et ne violentia aut pernicie
 jugubet, leniendum potius, morboq, tantisper
 omisso, omni ratione, vires fulciendas et reficien-
 das,

das quo ea et morbo oblitere et toto curationis
spatio satis esse possint, quæ sanatio symptomatis,
non qua symptoma, sed qua aut offensarum virium
aut novi cujusdam affectus causa existit, suscipi-
tur. Idem Comes Edzardus in symptomatico hoc
removendo sibi faciendum existimavit; provide-
bat enim hoc pium pectus calamitates et arum-
nas impendentes, si illa ordinum Hollandia mi-
situm ad mortuum accessio, quavis etiam molesta
conditione, non tolleretur.

Et quia localiter effici non poterat, nisi rebelli-
bus subditis concederentur omnia, quæ per arma,
tam intercessionem Hollandorum exigebant,
vi metusq. majoris mali, concedere quæ postula-
bantur, omnia coactus fuit: conscribuntur ergo
paci conditiones; confirmantur ab utraq. parte,
protectioni et tutela Hollandorum subiciuntur,
et celsat quidem symptoma, nam Hollandi suum
militem avocant, et vicinitatis atq. amicitia ju-
ra Comiti restituent, sed de morbo nihil fuit deci-
sum, ideo invenerit ille iterum magis atq. magis
irritamento adhuc alio superveniente, nam qui
Casarea mandata huic morbo ejusq. causis
recte apposita applicare loco affecto debebat, post

Delphzylia-
transactio.

Delphzylia-
transactio. illam transactionem advenit,
et in applicatione remedii, nec tempus, nec locum,
nec modum præscriptum observavit; quinimo
Delphzylia-
transactio. illud opus tanquam medicinam
omnium optinam Imperatori commendavit.

Et ita furioso gladium, flamma, oleum, ad-
 didit. Revertitur ergo ad Imperatorem, et
 petit Princeps, tanquam caput, et quem Delss-
 zyliana transactio insigniter laeserat, salu-
 briorem medicinam. Embdani vero, cum
 cum ipsis aliqui provinciales existimant, pro-
 vincia salutem Delsszyliano medicamine
 persanescere, et ob id eius confirmationem
 urgent; Disputatur, deliberatur, excutuntur
 viscera negotii intima, per integrum fere bi-
 nium, magnis partium impensis, majori-
 expectatione definitionis. Probatum tandem
Delsszylianus tractatus in articulis univer-
sis et singulis, adduntur causae, quoniam con-
 ducit utilitati portus, et commerciorum, quae
 facta secta conservari, totius Imperii inter-
 sit, quoniam conservat ordinem et guber-
 nationem Civitatis; quoniam incitabit Emb-
 danos ad solidioris obedientiae exercitium ergo
 Imperatorem, et Comitem; et credibile
 est Imperatorem, ejusque consiliarios sapien-
 tissimos ad vires etiam totius provinciae tum-
 temporis respexisse, et quia illas ex parte Comi-
 tis imbecilliores censuerunt, ideo hanc confir-
 mationem fecisse, idque ad imitationem me-
 dicorum peritissimorum, qui propter virium
 imbecillitatem, praestare dicunt a curatione
 morbi ad tempus cessare, quam agrum
 continua curatione interficere. Sicuti autem

quæ publicæ fiunt, publico omnium iudicio
 et examini exposita sunt et diversis hominum
 sermonibus atq; disputationibus subiecta. —
 Sic etiam hæc confirmatio suos repetit Censores,
 qui putarant, causas allegatas tanti momen-
 ti non esse, ut tam insignibus beneficiis rebel-
 lis Embdanorum, vel iusta, censeri, vel extir-
 gui posset; Veram enim huius morbi medici-
 nam in tali pharmaco constare, quod ex vi-
 munitionum et militum, ex metu legum et
 iudiciorum, et ex severitate censura: cui tamen
 lenitas et clementia admixta essent: Compositum,
 intemperiem Embdanorum corrigeret,
 materia immoderationem ad justam obedi-
 entiam attringeret, virusq; et venenum intus-
 conceptum et genitum vel radicitus extir-
 queret, vel impediret, vel obtunderet; per hanc
 vero confirmationem, intemperies calida
 et steca multo facta est calidior, materia
 immoderata laxa multo laxior, venenata
 rabies ipsa videlicet rebellio multo virulens,
 tior. Quid enim est, inquirunt, quod immo-
 derationem surgentis materia plus augeat,
 quam confuso illa et plus quam barbara collu-
 vies hominum diversissimorum in religione, et
 moribus, hanc mali et mortis nostri primam et
 principem causam non augeri privilegis, scemi-
 ni debuisse et ad obedientiam Superioris Domini,
 quam acutissime adstringi. In hoc enim cop-
 sistit

fuit salus et felicitas portus illius et com-
 merciorum omnium, ut ab uno legitimo Prin-
 cipe recte custodiatur, non vero ut à multis
 malis occupetur, & pro subitu cujusve etiam
 pessimi, pax & tranquillitas publica in im-
 perii finibus perpetuo turbetur, præstare qd
 præse paucos custodes, eosq; bonos et fideles,
 quam multos seditiosos, rebelles & infideles.
 Deinde quilibet vel mediocriter in Republica
 versatus, fatetur subditorum animos, natu-
 rali intemperie ad seditionem propensos in-
 calecere ad quidvis audendum. Contra Prin-
 cem suum, quando vel minima Respublica
 pars ipsis administranda conceditur. Dixi-
 mus autem supra, tales nostros Embdancs
 naturaliter esse, itaq; ipsorum ardor & offi-
 gerantibus remediis fuisse coercendus non
 vero imperii & potestatis usurpatione incen-
 dendus. Et qui id fit per confirmationem
 illam, quæ Desff. Zyliaunum tractatum
 propterea videbatur approbare, quia univer-
 sam Civitatis gubernationem fidelitatis et civi-
 bus rebellibus concessit; Hoc profecto non est mor-
 ti causam tollere, sed alere. Præterea cum
 Principis & subditorum unio aut ab amore
 continuatur, aut à metu: et per confirmatio-
 nem hanc Principi nihil relicturn, sed omne
 id funditus eradicatum, per quod subditi sui cives

Desff. tran.
 Sactio Franko
 displicet, idq;
 ob causas N.

Embdani ad amorem duci, vel per metum
 cogi possint. Tertia, profecto confirmationis
 illius causa; omni dicebant illi effectu carit.
Basis enim et fundamentum totius cura,
 et militum vis atq; virtus in urbe, vel extra
 urbem, morbo reversuro officienda, peni-
 tus est sublata. Interdicitur enim Omiti-
 bus illorum usus omnis in urbe, adeo ut nec
 ades suas, nisi ad plebis arbitrium, reficere
 neq; tormentorum quicquam, nec praesidia
 rium militem ad custodiam illius sustinere,
 nec deniq; praefectum in illo alium constitui,
 re possit, quam qui plebi acceptus sit, & omni-
 bus numeris gratus. Quid vero, si ex mente
 Embelanorum interpretanda esset ista con-
 firmatio, privati essent et exclusi Principes -
 à praecipua parte Imperii et authorita-
 tis sua nam neq; ad Anasi ripam, pro-
 terrore malorum, et defensione bonorum,
 nova castralla adificare, neq; flumen pra-
 fidario milite defendere, neq; imperii fines,
 vel extrema necessitate compulsi, aliquo mu-
 nimento Custodire possunt, quae sane tanta
 esset Capitis diminutio, ut etiamsi Princeps
 Peloniam commisset, Successores ipsius
 graviore animadversione non essent puniendi.
 Et contra Embdani permisum est, Urbem

munire, vigiles, militem praesidiarium susci-
pere, ordinare, retinere, Claves et custodiam
urbis in sua potestate habere, et omnia illa
agere, quae sub titulo de prohibito armorum
usu, subditis etiam obsequentissimis, sub gra-
vissimâ poenâ, sequuntur prohibita. Item
de altera remedium basti, metu videlicet
legum et iudiciorum penitus sublato, censores
illi statuunt; acciperunt enim Embodani
praemium rebellionis universalem potestatem,
juris dicendi, statuta condendi, apprehenden-
di et vindicandi, tam in civilibus, quam in cri-
minalibus; hac se absolute et privative ac-
cepisse Embodani somniant, et ob id hanc po-
testatem ita exercent, ut Principe excluso, si
regnent, et ab omnibus metuantur, ipse ve-
ro neminem, ac ne Imperatorem quidem
metuunt. Quod vero status et gubernatio
Civitatis reducit ad illa tempora, et privi-
legia, quae vel Carolus Magnus, vel
Sigismundus Imperatores finguntur Tri-
bunibus concessisse; quod etiam Consules et
Senatores Magistratum in eunte Civitati-
as ac comiti fidelitatem jurant quid hoc
est aliud, quam uno icu continuum illud,
quod Principem et subditos in unione conser-
vat, dissolvere, et mortuum ex rebellionem in de-
fectionem mutare, cujus tamen perniciem hoc-

hic auctor in
sara luce
coecutit.

medicamento volumus extinguere.

Nam tempora illorum Imperatorum non agnovere in *Frisia Principatum*; sed pessimam *Democratiam*, et hoc *juramentum novum Diarchian* in Civitate constituit, permittitque, ut illa et uni Principi, et toti Civitati sit subjecta, quae plane sunt contradictoria, et nunquam bene consonantia. Sed pergunt, et in causis inquirunt, propter quas confirmatio illa *Consistorij potestatem* expresse non abrogavit, et quare *collegium quadraginta virorum* tam absolute retinuit, ut neque Principi neque Senatui ullum jus relictum sit, quo in morte et cooptationes illorum possint inquirere, et ne quid magis, si aut seditiosi ibi tractetur, mature providere; item si à seditioso Cive quæres, inquirunt, qua potestate Senatui concessum sit, salvam guardiam maritimam supremæ potestatis axioma exercere, cives et incultas recipere, corpora et collegia plebeorum opificum confirmare, Urbem aris alii, ni onere omni exceptione remota premere, jurisdictionem, vectigalium exactionem, et alia regalia usurpare; onustorum, poenarumque compendiis uti; id est, nemo certe ex illis fatebitur, Senatui hæc ordinario jure data.

data esse, sed cum potestate absoluta, et
 expectare ab ipsis Principem debere, quantum
de his ipsi donare velint aut nolint. Hac
 omnia, inquiunt Censores illi, tanta sunt,
 ut obedientiam non restituant, sicuti consi-
 matio dicit, sed magis extinguant. Sed
 his censoribus alii se opponunt, triplici ra-
 tione; quarum prima est, vim veritatis
 et fidei postulare, ut pacta conventa serven-
 tur, praesertim quando illa, pecuniâ acceptâ,
 sustentantur, et pax atq; tranquillitas publi-
 ca illorum observantiam serio postulat. Qui-
 visse a Comitem Edzardum, cum fidelibus
 suis hac pacta, pecuniae et lucri causa,
 ex tractatu illo opparere, qui nisi ab Impe-
 ratore fuisset confirmatus, Embelanos ad
 eam desperationem adegisset, ut ad Hollan-
 dorum subjectionem deficerent, unde paci-
 et tranquillitati publicae magna metuenda
 fuit laesio, donec illi ad obsequium Imperii
 fuissent revocati; ad quam rationem
 illi replicant; fidem fundamentum esse
 iustitiae, iustitiam neminem laedere, sed
 suum cuiq; tribuere, et aperta sanctione
 prohibere, ne ea pacta, quae contra leges,
 constitutiones, vel contra bonos mores fiunt,

ullam vim habeant. Quicquid ergo fidei,
 si per seditionem et vim publicam à Domi-
 nis suis extorquent, id quoniam contra
 leges, contra constitutiones contra bonas
 mores tam Civiles, quam naturales, fit, et
 iustitiam tollit, fidei profecto patrocinium,
 et tutelam immerito suscipit, neq. n. inde
 injuriarum occasio nasci debet, unde jus ex-
 spectatur et petitur. Subjungunt alii, pre-
 stitisse nihil promittere, quam pavis fides
 rumpere, fides enim nulla necessitate ad sal-
 lendum cogitur, nullo corrumpitur pramio;
 atque censores isti hac responsione obloquun-
 tur rebellionem Reipublicæ morbum esse,
 quem Princeps et Magistratus tanquam
 medicus, omni quo potest modo, sanare debet.
 quemadmodum ergo ii, qui à furore affecti
 saltant, non aliter curantur, quam si lyricus
 eut Cytharistes inconditos saltantium mo-
 dos imitari studeat, ut paulatim gravioribus
 modis furiosorum hominum saltationes co-
 hibere possit, ita Magistratum necesse esse
 initio se se ad populi furentis animos accom-
 modare, ac tempestati obedire, ut tandem
 portum feriat; imo ad defectionem cohi-
 bendam plura polliceri licet, quam præstare
 possit;

possis; nam in eo genere Platonis et Xenophontis sententia Probabilior est, magistris,
tibus non aliter quam medicis adversus pueros
et agrotos mentiri Sincere, verba danda, blanda
 offerenda, imo ambigue promittenda; quid
 refert, inquit Lipsius, facile max irrita fa-
 cies, qua seditio exprebit, ego bonum hunc do-
 sum toto otio admisso, falle potius, quam
cade. Licuit ergo Edzardo Comiti multa
 polliceri, et promittere, ut gravissimum illud
 symptoma, Hollandorum nempe. militum
 acceptionem, leniret: at vero, symptomate
 sublato, confirmari illa in aula Imperato-
 ria non debuit, sed mortus potius ejusq. cau-
 sa tolli: sunt enim duo seditionum publi-
 corumq. motuum genera, unum subitum,
 nullis diu ante consiliis agitatum; alte-
 rum lentum, multis voluntatum offensi-
 nibus, privatisq. odiorum dissidiis diu oc-
 cultatum, inde aliqua publica occasione in
 hominum suum prolatum. Et quidem
 prioris generis seditiones, magnos imperan-
 tibus terrores, turbibusq. graves motus ad-
 ferre celeritate atq. impetu plerumq. con-
 suerunt, ejusmodi nihilominus existunt,
 ut a viris prudentibus et in Republica diu exer-
 citatis

„citatis facile contemnantur, quod neq. Ducem,
 consiliariq., quæ sequantur, certa ulla habeant,
 neq. tam imperiū contempta atq. odio, quam
 subita quadam animi indignatione commi-
 serationeq., ut plurimum oriantur, faciliq.
 vel metus errore deprehensio, vel paucorum
 supplicio, vel novis rumoribus, vel qua alia
 subita ratione compescantur; Contra quam
 in lentis solet accidere, quorum initia neq.
 ferrorem adferre hominibus consueverant,
 et sub gratâ boni specie ut plurimum arri-
 dent, gravissimas nihilominus supremasq.
 in posterum rerum calamitates adferre re-
 bus publicis solent. In illo itaq. priori sedi-
 tionum genere tumultuanti populo multa
 idcirco tribuantur, uti quam citissime armis
 depositis ad officium homines revertantur.
 At in hac posteriori genere alia est metho-
 do incedendum, nec tam leviter majestas
 facilitati miscenda, præsertim quando factio
 seditiosa Principem opprimere tentat. Sub-
 diti enim ubi semel impune Dominorum
 imperium imminutum esse intelligunt,
 et si acceptis legibus ad tempus quiescere
 videntur, tamen ubi vel minimam occasionem
 nanciscuntur, ad semel condonatam rebellio-
 nem

nem, majoris Libertatis vel potius Licentia
 consequenda spe, adrepti, facile revertuntur.
 Minime ergo hoc casu dubitandum est, an
 Princeps seu adversarius et hostis gerere de,
 beat adversus seditiosos, qui se Principis ad,
 versarius ac hostes omnium maximos prohi,
 tentur, aliqui, cum de statu, ac fortuna
 aut etiam Capite Principis agitur, ipse otio,
 sam Spectatorem se præbet, non modo auda,
 cissimos, sed etiam ignavissimos quosq, ad se
 opprimendum invitabit. Postquam er,
 go aperte cognitum fuerat, Embelanam se,
 ditionem non ad prius, sed ad hoc posterius
 genus esse referendam non confirmanda
 sed infirmam fuisse, qua per seditionem
 extorta sunt, Confortes isti putabant; et ne
 vel singuli vel universi id sibi honori duce,
 rent, addebant in auctores rebellionis inquiri
 debuisse, expressaq, rei veritate, nec conjura,
 torum supplicia differenda, nec facile cui,
 quam in eo genere ignoscendum fuisse, do,
 nec quam felices seditiones, tam honorati
 fuissent seditionum auctores. Sed pecunia
 sua Embelani redimerunt hanc noxam et
 ita privilegia sua emerunt; respondebunt
 illi, pecuniam esse pacti acceptionem et
 pacti quidem talis quod neq, secundum neq,

præter sed contra leges constitutionesq; et
 bonos mores pugnat. Ergo et auxilium
 tale erit, nec ullum robur pacto iniquo ad-
 det. Deinde dignitatum atq; Imperiorum
 commercia vel oneratura, juri et honesta-
 ti publica sunt adversa. Itaq; licet vis &
 metus defectionis abfuisent, pecuniâ ta-
 men pactorum injustorum turpitudinem
 non obvelassent. Præterea omne id, quod
 de gubernatione Civitatis, quoad imperium,
 jurisdictionem, et alia jura regalia Comiti
 Edzardo extorserunt Embalani, seu di jure
 possidet, Imperator quoad proprietatem, Co-
 mites Frisia Orientalis quoad vassalligium.
 Emere autem aliquid à vassallo, quod huic bene-
 ficio est subiectum, sine auctoritate Impera-
 toris non solum ipso jure prohibitum, sed poenâ
 severissimâ adjectâ rejectum; pecunia ergo
hac pacto non potuit sustinere, sed ejus ausu-
sione emptores in profundus barathrum in-
justitia sunt coniecti. Altera, quæ conscribitur
 obijciatur, confirmationis ratio pacis nempe
 et tranquillitatis publicæ institutio cum risu ex-
 cipiebatur, & laudabatur. Tororinus, qui quarta,
 nam corpori utilem propterea putavit, quia ex ea
 maxima commoda existerent; ita dicebant, se-
 ditionem quoq; Reipublicæ utilem futuram, quia
 suis auctoribus maxima inde præmia acciderent.

Asylum augebat subsecuta Embellanorum
 tragoedia, statim enim atq; apud ipsos imo.
 fuit, confirmationem hanc fuisse promulga-
 tam, terribilissimis primopicturis, post, famosis,
simis libellis, partim in modum historiae rela-
 tionis, partim ad imitationem textus Evangelici,
 qui desolationis judaicae mysteria explicat, com-
 positis, dignitatem, famam, et honorem Co-
 mitis Edgardi, filiorumq; pessime traducunt,
 et denigare conantur, publica religionis exer-
 citia, in arce à duobus Comitibus juniori-
 bus celebrata vi & injuriis extremis prohi-
 bent, arcem suo milite complent, Comitum
 tributorum & vectigalium jure, quodlibet,
 si unicum Principatus signum in Urbe
 supercat, in solidum privant; vallum-
 moeniaq; tertis in Comitum etiam privatos fun-
 dos usq; extendunt: redditus et pecuniam
 omnem, quam locationis titulo hactenus
 quiete possederat, sibi vendicant: imposi-
tionibus immodicis miseram plebeculam
crudelissimè exhauriunt, quicumq; de illorum
 injustitia ad Comitem querelas deferunt hos
 predicationis apud Comitem susceptae recu-
 agunt, torturarum crudelitati subiciunt,
 subjectos, omni defensione remota, gladio
 trucidant, alios ex Urbe ejiciunt; alios Comiti

Fidos in adibus suis, vi armata quærunt, & quos fortuna à tum fœvis ausibus protegit, horum vita et capiti publicè propositis præ, omnis insidiantur, et hæc unicum toti mundo conantur demonstrare, post confirmationem illam impetratam, nunquam sibi nec voluntatem, nec facultatem rebellandi defuturam, etiamsi id, quod extrema perturbatione omnis pacis publica fieri solet, contingat.

Moritur in mediis hæc tumultibus Eduardus Omnes, Successore relicto Emone filio primogenito; hic, licet omni tempore à tumultibus hæc abhorruisset, subditique ac civibus bonis omnibus hanc spem et fiduciam sui impressisset, Principis boni officium se posse et velle præstare. Emenda, norum tamen seditionem et rebellionem, nihil minuit, nam et in secessione sua persisterant, et quoniam in urbe multi boni ci, ves inveniebantur, qui seditiosos et rebellibus hæc conatibus non modo non asperirentur, sed pro Principe suo legitime arma se contra seditiosos sumpturos haud obscure profiterentur, horum honestos conatus ut opprimerent, in auctoritate Civitatem, quam se perire; Quo circa ad ordinum -
Hollandicorum milites iterum confugiunt.

usque in profesto Paschatis, Urbem prodere,
conantur, eamque absolverent prodicionem,
nisi periculosis hisce, conatibus, Deus for-
tium et bonorum Civium opera, restitisset;
et hoc modo censes illi vim ac virtutem
Casarea confirmationis, collatione causa-
rum et effectuum metiebantur. Ad
qua ego hoc unicum repono; careat suc-
cessibus opto, quisquis ab eventu facta no-
tanda putat; nihil hoc loco demonstrasse
sufficiat, rabiem et rebellionem non signis
tantum et qualitatibus, sed etiam causis et
effectu convenire; causasque nostrae seditio-
nis à naturali Civium ad seditionem incli-
natione, à Civitate, in quantitate et quali-
tate aucta, à veneno intus genito, et ad re-
liquos ordines derivato, à Licentia denique
et impunitate rebellandi, Magistratuum
suum legitimam contemnendi, productas
esse, quae etiam ad huc foventur, et suscen-
tantur.

Procedo nunc ad tertiam et ultimam huius
tractationis partem, in qua demonstrandum
super est, quibus remediis hoc tempore inve-
nerata nostra rebellio sanari possit ac de-
beat; circa quam tria consideranda, remedi-
qualitas, quantitas et utendi forma, ac modus.

De primo illud pro axioma tenendum, reme-
dium esse id, quod morbum depellit, quic-
quid a morbum depellit, id illi vim inferit, quod
vim inferit, contrarium est; omni igitur
ratione remedium morbo contrarium esse
oportet, omnemque morbi curationem con-
trarius perfici. Mediocritati enim hic
nullus locus, sed ab hac in oppositum diver-
tunt omnia, nam quod medivere est, in medio
extremorum positum, quod vel extremum jam
est, vel in extremum divergit, nunquam ad
mediocritatem perducit, nam cum illa vel
permissione, vel contactu congregiuntur, mu-
tua actione se obtundunt, suasque vires re-
mittunt, ac neutrum omnino in alterius
naturam, sed in medium quiddam fa-
celsit; id quod ex nostro morbo et ejus
curatione hactenus facta manifestum
est; dum enim mediocritatem inter u-
nius Principatum Legitimum et om-
nium civium rebellionem, quoad guber-
nationem Civitatis, sectati sumus, tale
quid introduximus, quod neque Principatus
est, neque Democraticum, sed anarchon et
plane confusum, alia ergo methodo, ad
tollendam hanc rebellionem posthac erit
incedendum, et contraria contrarius pel-
lenda

Scenda, cum similia similibus non curentur, nisi per accidens.

Omnis autem rebellio unionem imperii et obsequii solvit, et solvit quidem violenter, contraria ergo remediorum basis, talis sit, necessum est, quæ imperii et obsequii unionem violenter servet; nolo verò, ut quis ad hoc violentiæ nomen exhorrescat, notum est enim, apud Politicos, illud in duplici esse statu, legitimo et illegitimo; justo et injusto, licito et prohibito; duo enim fiunt, quæ imperium tranquillam et firmum efficiunt, vis et virtus, duo itam, qui turbidum aut caducum, vis et vitium, ibi vis præsidium, illud vocatur, quod Princeps utiliter adhibet, ad se tuendum, aut suum imperium, hic vero ea vis, quæ vitio conjungitur, molitio definitur occulta, unius pluriumve in Principem aut Principatum, à qua, ut nos Libere, onus, ad alteram, tanquam huic contrariam, merito confugimus. Et enim hac tanquam medicamentum simplex et in compositione, præcipuum, velut columen, cui cætera innituntur ut præstigiendo, ita præstibendo onorbo accommo, datissima, comparatur enim ex rebus, par =

. Sim animatis partim inanimatis; ani-
 matarum loco iudices constituo et milites,
 inanimatarum iudicia et munimenta;
 sicuti enim rebellionis virus occultis suis
 qualitatibus ipsissimam legitimam obedi-
 tia substantiam corrumpit et delet, ita
 vis legitima, iudiciali et militari prae-
 sidio, imperii et obsequii nervum divina
 quadam virtute tamen arte constringit
 et continet, ut sub his boni virtutis amo-
 re, in perpetua tranquillitate contine-
 antur, seditiosi vero et rebelles, poena vel
 metu, vel motu extinguantur, obtun-
 dantur et extirpentur, nam non ^{modo} morbum
 corrigit, sed causas morbi simul amovet,
 acrimoniamque rebellionis frenat, et do-
 mat, estum et fervorem supra alios do-
 minandi refrigerat, materia immoder-
 ratam quantitatem et qualitatem
 adstringit, licentiam peccandi cohibet,
 et sistit. Principis denique auctorita-
 tem corroborat, quae omnia ad tollen-
 dum morbum maxime sunt neces-
 saria, sicuti pro maiori eius remedii
 veritatis testimonio ad omnes Impera-
 torum

torum constitutiones, Rerum-publicarum
bene constitutarum, Leges Imperii Ger-
manici institutiones, & Torum tradi-
ta, Politicorum placita, sacrorum de-
nig, oraculorum monita, consilia, et ex-
pla. provo.

Quia autem morbo expugnando non mo-
do contraria opponenda adhibendaq; sunt
remedia, sed etiam paria, de quantitate
remediorum jam inventorum etiam aliquid
erit subjungendum, qua in re medici monent,
ita temperanda et administranda omnia,
ut neq; morbi quicquam indiscussum maneat,
neq; contrarium morbi genus inducatur.

Quantitatis autem remedii definienda est
ex morbi magnitudine, et ex partis affectu
conditione, illam indicant duo signorum
symptomata, tamq; vis ac impetus, tum
a pristino et naturali habitu, tum ab eo
qui ante morbum fuerat recessus.

Levis morbis levia, mediocribus medio-
cria, extremis extrema remedia sunt ad-
hibenda, et his quidem diligentissime, pra-
cipites enim sunt, et accerrimi qui brevi vi-
res opprimunt et extinguunt; idem judi-
cium est de iis morbis in quibus materia

turget, furore, motu et instabilitate omnia
 perturbat, statim enim in initio validissi-
 mum remedium adferendum est, nam pra-
 stat non nullo virium dispendio morbum
 discutere, quam finire, ut ea materia, Prin-
 cipem aliquam partem obruat, et nullo sub-
 sidio universae vires innox collabuntur et con-
 cidant. Pelitionem autem et rebellionem
 ex vehementissimorum morborum classe
 esse, Plato, Cyprianus et post illum om-
 nes Historici atque ac politici confitentur,
 quae quam extreme Frisiam Orientalem
 ex Embolda afflixerit hactenus, quamque tur-
 gens et perturbata adsit materia, quam
 atrocissimis denique Symptomatibus sit sub-
 jecta ex superioris historia recensione cogni-
 tum, ex actis manifestum, et in tota
 Germania est notorium omnium ergo
 norum consensu extremus hic morbus ex-
 tremis remediis opus habet, imbecilles
 enim remedium vires adeo aspernatur et con-
 temnit, ut his vel iteratis nihil cedat eadem
 etiam si blanda sint, nihil tamen juvant,
 imo remedium blandimentis mortuus
 hic semper est exasperatus, quam extremi-
 tatem loci affecti quoque conditio exigit. Vires
 enim

enim bene est munita, ad fines imperii si-
ta, seditiosa. et rebellis, materia densa. et
compacta, privatag, et ignobilis omni aucto-
ri sensu destituta. Quia autem partes
affecta per confirmationem, situm, praes-
tantiam, et sensum, tales sunt, qualis huius
nostra est, valentiora, vehementiora,
acria et acriter attenuantia remedia potu-
sunt, et de quantitate hac monuisse suffi-
ciat. Denique, quod ad formam et modum
applicandi sive utendi attinet, id ante omnia
huc observandum est, morbum nostrum
non esse simplicem, sed ex contumacia,
contemptu, factione, seditione, defectione,
produtione, rebellionem, anarchiam compo-
situm, et implicitum, composito ergo et
implicito remedio ad morbum sanandum
locus erit. Deinde, quando ordinaria
methodo morbum hunc tollere volumus,
causa eius prius, quam effectus, excinden-
da est et remouenda, hoc quidem ordine,
ut quae causa ortu prima, investigatione
vero postrema est inventa, curationis exor-
dium praestet, ab hac sensim ordinatimque,
ad ceteras, postremoque ad morbum progressus fiat,

suo cuique objecto contrario, sive id ad evocationem, sive ad immutationem conducat, sive ad solam preparationem, causa enim persistente, effectus manet, nec penitus evellitur. Si potest, et licet ad unitatis, quantum tamen. Hujus demus, tantundem assidua et continua causa, ut quae nunquam otiosa est, profertur, atque, licet interdum levior evadat, minime tamen ejus succedit perfecta curatio. Quod si urgentius quippiam sollicitat, at eo auspicianda curatio, à quo maxime aegro periculum, vel propter mortis magnitudinem, aut ob laesae functionis praestantiam, vel denique, ob facultatis offensa dignitatem, impendet, quodque agrum in vita discrimen adducit, vel de quo is gravissime queritur cujus precibus et votis interdum fidere cogimur.

Tertio viribus imbecillis, levis lentaque curatio necessaria, ea quoque, semper optanda, nisi mortuus vehementior accedere cogat, tuta siquidem enim est vel jucunda, à qua fit sat cito, si sat bene.

Quarto omnia remedia ad hunc finem applicari debent mortuo, ut eum alterando immutent vel

vel evacuando penitus extinguant, remedia porro, quæ solum immutant, affecta parti, quam proxime id fieri potest, sunt adhibenda, externa quidem parti, extus et immedie, interna vero ad illum locum, quæ parti affecta e dicreto respondet, quæ vero evacuant remedia, aut purgant malis humoribus Civitatem, aut revellent illos in partem contrariam, aut denique derivabunt in locum minus nocentem.

Temporis tamen observatio et opportunitas non est negligenda, tamdiu enim medicina utendum, et curatio promovenda, donec in pristinum habitum factus sit regressus, eoque redeundum, unde morbus exordium duxit; pristinum ergo statum, sicut vitiosum, qualem acceperis, conserva, nec quamdiu morbus fatigat, de ejus in medium mutatione labora, nisi aut morbi causa sit, aut ejus curationi officiat; sublesto recentiore morbo, recreatisq; viribus, si quid demum vetustioris inesse deprehendetur, id sensim otioq; multo, si videtur, demolendum, nam quæ longatempore sunt contracta, lente curari oportet, quæ brevi breviter, ut creationis et curationis

paria, quodammodo sint temporum momen-
ta; in opportunitate hoc considerandum,
affectum, qui aliquantum protrahitur,
vix nisi mutatis remediis sanescere. Sim-
plex enim affectus, qui Senioribus praeju-
diciis tempestive non cessit, valentioribus
profligandus. Quum autem diversorum
quadam remediorum serie curatio perficienda
est, non, nisi prioris effectu inducto, posterius
aggreddimur, frustra enim hoc tentatur, relicto
priori, ad hanc qualis morborum per sua tempora,
talis sit et remediorum mutatio, id quod in pro-
gressu curationis utilissimum competum est,
id sedulo usurpandum, quod vero noxium, pro-
tinus immutandum, opportune enim gerit
omnia, qui morborum temporibus, omnis
mutationi remedia accommodat, naturam
quippe administrantem habet, qui propri-
sam ejus imitatur, felix autem meditatio,
cui adiutrix natura succurrit, irrita e con-
tra, quae citra natura opem tentatur.

¶ His artis et naturae praeceptis optime in-
structus Trifolia Cyres, et Embelana Civitatis
Princeps Ermo, cum initio gubernationis
suae totam provinciam hoc morbo graviter
perturbatam reperisset, boni medici partes
assumere voluit, sicuti enim is peritissimus
judicatur

judicatur, non tam quod morbos curare, quam quod valetudinem tueri, et morbis occurrere solet, aut si qua morbi vis inopinato partem ullam corporis invaserit, quod aegrotum primum conquirere jubet, deinde doloris acertitatem modis omnibus lenit, tertio virum-jacturam, quantum id fieri potest, recuperat, cum interim morbi causas omnes ac symptomata computare, salutaremq, medicinam conquirere liceat. Ita secessionem Civitatis suae ac inde orta factio, num incendia, postquam ea neg, anteverte, re sicut, neg, concepta repente extinguere, impedire, saltem et lenire, viresq, totius provinciae recolligere, primum studuit, post seditionum causas omnes scrutari et contueri diligenter, quo quam optimis legibus in posterum declinari possent. Sic enim Neptunus Virgilianus, obsidionem suorum ventorum iratus, et in se, veriore animadversionem proclivis, hanc in aliud tempus differens, praestat, inquit, motos componere fluctus.

Primum ergo Comes Enno cives ac subditos suos universos ac singulos, ad armorum-usum deponendum, severiter, et ad quietem amplexandam, hortatur humaniter, deinde

provincialium querelas omnes, principia
 morbi Embdani, ita antevertit, ut in resi-
 gione unitatem, in judiciis justitiam, in de-
 liberationibus Comitum publicis provin-
 cia suam honorem, provincialibus suam
 dignitatem restitueret, singularium vero
 vel ordinum vel personarum gravamina,
 quorum postulata equa erant, statim toll-
 eret, qua vero dubia obscuraque reperiren-
 tur, hæc vel ad amicabiles transactiones vel
 ad Summarium judicii Decisionem rejiceret;
 deinde cum vires Comitum, ex fraternis et dome-
 sticis disidiis imbecilliores, et auctoritatem Prin-
 cipis regentis immodice laxatam et imminu-
 tam ex eo sentiret, quod eam plures, quam unus
 ambivissent; ille fomites controversiarum
 omnes exstinxit, et cum fratribus suis amicis-
 sime transiit, ut primogenitus solus perpe-
 tuo dignitatem et onera Principatus sustine-
 ret, reliqui Successoris jure contenti, interim
 alimentis et subsidio honestis suoque statu
 dignis sustentarentur. Cum vero Superio-
 ribus temporibus, etiam Eseniana contem-
 tionis funestissima bella. olim in Frisia
 excitassent, et Comitum regentis Principatum
 insigniter solvissent, controversias illas cum
filiabus & proximis consanguineis, honestissi-
 mis-

mis, plane et justissimis Conditionibus com-
 posuit, fidis, et toti posteritati regiminis
 unionem, quanta potuit firmitate, sta-
 bilivit, subditos etiam universos, ac singulos
 eo traduxit, ut per provincialia decreta
 apud acta testatum facerent, et conceptis
 verbis jurarent, nolle se posthac plures
 quam unum et eum quidem, primogenitum,
 Comitem suum agnoscere, huic soli fidem
 et obsequium praestare, privilegiisque ac liber-
 tatis sub conditione illa uti velle, ne jus, au-
 thoritas et potestas Comitis Frisia Orientalis
 unquam quicquam detrimenti capiat. Prin-
 cipatu sic stabilito, et ad pristinum statum
 reducto, ad cordis provincia nobilitatis nempe
 et optimatum robur restituendum, se se ac-
 cinxit, cumq. horum dignitatem atq. autori-
 tatem tam in consiliis, quam in officiorum
 publicorum administratione, multum immi-
 nutam et labefactatam cerneret, eam ad pristi-
 nam et convenientem formam reduxit, nobi-
 litatemq. sibi quam artificissime devinxit; atq.
 reliquorum provincia ordinum membris om-
 nem justè querulandi occasionem praecidens,
 officia dignitatesq. munera publica inter illa
 harmonica proportionem distribuit, onera vel tol-
 lere, vel mitigare promisit, et jus cuiuslibet ita

administrare iussit, ne vel Resp: ab universis
 & singulis, neq; universi et singuli ex Rei.
 publ: administratione damnum aut in-
 commodum sentirent. Illud ergo arte, cor-
 sagii prorumpens virus est obtusum, sana
 provincia membra ab ejus impetu serrata,
 agri sedati, dolores leniti, vires pausatim
 recollecti, seditiosis enim et rebellibus solis
 exceptis, tanta inter omnium ordinum
 homines consensio est et harmonia constituta,
 ut non modo inter Principem, fratres &
 sorores summa regnet Charitas, fiducia et in-
 gritas, sed precipuum obedientiae deus sit
 recuperatum, nam Princeps subditos amore,
 benevolentia, et justo regimine, subditi
 Principem honore, reverentia ac perfecto
 obsequio vincere ac superare certant, omnes
 deniq; et singuli in eo consentiunt, et conspi-
 rant, ut Embdanam Civitatem a morbo cor-
 tracto liberent, totamq; provinciam suam
 integram sanitati restituant. His ita con-
 stitutis, recta ad Soci affecti morbig; curatio,
 nem se contulit, et primo vim, quam supra
 descripsimus, remedium fundamentum
 et columen preparavit, nam munimenta
 et arces suas, cum primis illas, quae Embdani
 erant viciniores, milite armato quam optime
 custo-

custodirebat, ut inopinatum seditionum
 impetum, si quis illi extra Urbem, imminere-
 ret, profiteretur, addidit his auctoritatem
 et potestatem Regum Hispania, Polo-
 nia, Suecia, Archiducis Alberti, Ducum
 Salsatiae, aliorumque vicinorum Princi-
 pum, a quibus impetravit ut Embellam
 liberum commerciorum usum in regnis,
 provinciis et ditionibus suis, sub poena in-
 carcerationis, et confiscationis bonorum
 interdicerent, quamdiu ad Principis sui legi-
 timam obedientiam non redissent, qui-
 bus ex Casarea resolutionis contextu argu-
 menta duo permiscuit, unum ex illo loco,
 in quo seditionis et rebellibus, atque illi resolutioni
 non obtemperantibus, poena facta pauci publica,
 et laese majestatis assignatur, alterum ex toto-
 sare contextu istius resolutionis compositum, qui-
 bus demonstravit, et quidem per viginti quinque
 rationes, Casaream. Item neque senatus, neque
 quadraginta viris, neque ulli ordini vel homini in
 Civitate absolutum, aliquam gubernandi, eligendi,
 custodiendi, statuendi, jus dicendi, judicandi
 mulctandi, potestatem vel auctoritatem concess-
 sisse, sed solam et meram ordinariam, quam ju-
 ris consulti vocant cumulativam. Et horum
 permissione efficit, ut mortuus de ferocia sua ali-
 quid remitteret.

Miscebatur huic aliquid lenitatis et clementiae
 respectu praeteritorum delictorum, et applica-
 batur tandem loco affecto, iusta et conveniente
 quantitate, temporeq; opportuno, nec sine pra-
 senti commodo: Mortis enim statim intersecebat,
 Hollandicus miles adducebatur, reliqua sympto-
 mata graviora cessabant, et quod maximum
 remissionis signum est, Embodami Dominum
 suum agnoscere rursus incipiebant, delictorum
 veniam precabantur, ablata restituebant, capi-
 ta innocenter interfectorum, publicis paliis af-
 fixa, media die detrahant, sepultura tradi-
 bant, se seq. sub potestate et Dominio Comitis
 perpetuo futuros, neq; unquam privilegia
 sua ad diminutionem Principatus, hoc est pri-
 vative usurpaturos, et sigillo suo et solenni
 iuramento pollicebantur, atq; promittebant.
 Sic ergo Comes Embo per hoc alexi pharmacor,
 ut et toti provincia consideretur, et parti
 affecta, illiquidem per metuum ac tumul-
 tuum publicorum suppressionem, pacis et
 tranquillitatis universalis restitutionem, et
 virium pristinis habitus refectionem, his
 autem per morbi remissionem, et statim,
 si in potestate ipsius tam temporis positum
 fuisset remedia omnia simul committere vint,
 militum ac munimentorum cum iudiciorum
 ac iudicium virtute quantitate iusta augere,
 et

et parti affecta, quam proximè id fieri posset,
applicare, morti vim non tantum repressis-
set, sed etiam radice extirpasset, Verumq;
pristinæ sanitati reddidisset.

Sed quoniam vis iudicium et iudiciorum ipsi
defuit, quoniam militem et munimenta in-
Urbe non habuit, ulterius eo tempore progre-
di non potuit, vis enim militaris exotica fuit,
qua neq; quovis tempore, neq; omni in loco,
uti potuit, et si verum fateri volumus,
eiusmodi arma vel sunt laxa nimis, vel
attracta nimis, aut alio aliquo onere userti
moesta, sanant illa quidem affectum, cau-
sas tamen non tollunt, et corporis partes -
etiam innocentissimas vehementer debili-
tant, dum enim ad causas morti tollendas
penetrare non possunt, extus tandem ad-
moventur, et quidem ex longinquo, nam
ut propius admoveantur, aut intus assuman-
tur, consultum non est, deceptoria enim sunt
et interneciva, quod nemo nisi vir sapiens -
intelligit; quoniam ergo ex Cnitis Enno-
nis medicinâ nec causa rebellionis, nec ipsa
rebellio, potuit funditus extirpari, aut
extingui, mirum non est, rebelles et seditio-
sos natura, sive vita fructos, novos post ea
tempora; tumultus, ex rabiei sua parte pro-

creasse, prioribus si non superiores, tamen
 omnino pares et similes. Illa enim re,
 bellionem, hæc vero cum rebellionem absolu-
 ta defectionis etiam signa refert, quæ et si
 solenni libello jam ante longissime sue-
 runt explicata, et sufficienter probata,
 per capita tamen huc brevissime sunt re-
 vocanda, ne qua ignorantia in facto me-
 diciua errorem pariat. Primo namq. quod
 nullam reverentiam Imperatori et Princi-
 pi exhibeant, inde generaliter constat,
 quod ad collectus et tributa imperio viri-
 tim, et secundum decretum vel imperii
 vel provincie Comitiorum, præstare et sol-
 vere non modo se obstrictos negant, sed et
 executionibus propterea legitime inchoa-
 tis horrendo cum tumultu, gravissimis
 motibus, et aperta seditione, se opponunt;
 inter illos omnes, qui facinororum auctores
 et Principes, Collegium quadraginta Viror-
 um, et tribuni militares consistorialium
 nervi conspiciuntur, nam hi sunt, qui Sena-
 tui Principis sui mandatis justis verè, aut
 ut effectus demonstravit, potius simulato
 obedire volenti, violenter resistunt, Custodiam
 Urbis ad se recipiunt, decreta publica imperii
 et provincie pedibus conculcant, Imperatori, Comiti

Motuum Emb.
 danorum cause
 per A. V. K. E. P. S. I. C. O. S. W.
 repetite.

Et Principi suo contumelias et convitiis -
 summis obloquuntur, minisq., armis, et se-
 ditionibus miseram plebem in Urbe, et fere
 totam Frisiam extra Urbem, perpetuo mo-
 tu turbare conantur. Hi sunt, qui praesente
 principe suo Syndicum, et alios officiales à
 Senatu constitutos, per vim et minas extremas,
 exautorare, et novos substituere audent. Hi
 sunt qui omnium etiam innocentissimorum
 partes tueri eosq. contra jus publicum et pri-
 vatum, dignis poenis et suppliciis eximere stant.
 Secundo quantum ad Senatum attinet, et si
 ille lenius procedit, in tumultibus excitandis
 tamen, pro fomento rebellionis augendo, nec
 mandata Principis, nec Imperatoris suscipit,
 nec fuit illius iudicia; imo edicta et man-
 data in Comitibus imperii, contra Monopolia
 Anglicana, promulgata, aut malitiose sup-
 primit, aut illorum interpretationem adse-
 rapit, et sub hoc prae-textu proscriptos am-
 plissima revocatione revocat, multis privi-
 legiis et immunitatibus ornat, contra Imperii
 decreta defendere, tam in Urbe, quam extra
 Urbem, promittit, et defendit. etiam tam diu,
 donec isti qui causae suae diffidunt, discedunt.
 Tertio, Caesarem illam confirmationem, super
 tractatu Delphico-Juliano factam, ita recipiunt, ut

in onerosis et Principis jus atq; auctoritatem,
 vel conservantibus vel augentibus, illi se
 adstrictos omnino negent, in abusu autem,
 quo suam rebellionem tegere possunt, tamen
 retinent, sed ita ut interpretationem ejus sibi
 fumant, eamq; statim per vim et arma ef-
 fectui tradunt, sic salvam guardiam mari,
timam absolute suis Civibus concedunt, ad
miralitates instituunt, naves armis et mi-
 litibus complent, cives pro lubitu recipiunt,
 abiguntq; rursus, privilegia tributis opifi-
 ciorum libere concedunt, vectigalia et tribu-
 ta publica non Civibus tantum, sed Principi,
 provincialibus omnibus, ultra modum im-
 ponunt, eaq; tribunorum militarium mini-
 stero crudeliter exigunt, Custodiam Civitatis
 absolute sibi attribuerunt, oneribus his iisdem,
 (et quae alia Civibus intra vel extra modum
 obtrahunt.) Principes quoq; officiales mini-
 stros, et bona, quae in urbe habet, omnia subji-
 ciunt, Provinciales pro lubitu ad Comitia convo-
cant, maleficia perpetrata aut dissimulant,
 aut excusant, aut aperta vi defendunt, more,
 tam signatam et non signatam, extra Im-
 perii limites impure eveni permittunt, cen-
 sum annuum per decretum Caesarum, pro
 recognitione.

illi
 dam-
 per A
 rep

recognitione aliquot jurium, quorum utili-
 tatem Comes Edzardus ipsis concesserat,
 nec debito tempore numerant, sed negant, nec
 mutatarum et pecunia publica rationes co-
 miti debito modo, tempore ac loco exhibent,
 causas criminales, in civiles mutant, jus
 confiscandi sibi fraudulenter vendicant, for-
 mam gubernationis, jurisdictionemq; et
 judicia extraneis communicant, à paucis
 in plures, imo vero in omnes transferunt,
 quadraginta viros, tribunos militares et
 plebejos sua facinora impune perpetrare
 sinunt, et ut brevibus omnia dicam, ita se
 universi ac singuli gerunt, ut si actus ab
 ipsis hoc tempore celebrati vel Levi saltem virgu-
 la censcantur, sufficienter demonstrant, Embda,
 nos superiorem nullum recognoscere, neq; Finii-
 pem, neq; Imperatorem, nisi pro suo beneplaci-
 to, et male ipsos supra inferis miscere, quam
 hanc injustam regiminis formam ex mani-
 bus suis excuti, seq; ad pristinum obedientia-
 habitum revertitui. Et hæc sunt vera signa
 rabiei, et rebellionis auspicia, nempe publica
 ac privata turbare, nec Dominum nec se, nec
 suos agnoscere, de quibus supra in prima parte
 pluribus fuit tractatum, ad medicamenta ergo

necessaria, et superius explicata, vim vi-
 delicet justam, iterum occurrendum, illaq;
 ita augenda et adhibenda, ut tandem ali-
 quando hic morbus finire cum utilitate to-
 tius provinciae possit, id vero aut à Principe
 immediate perficitur, aut mediate, autori-
 tate videlicet et consensu *M^{ti}* (Caesarea pra-
 eunte, ad primam quidem et viribus satis
 instructa et voluntate plus quam proclivis
 esset atq; pronacum ipso Principe tota pro-
 vincia, sed quoniam illud remedium facile
 in extremis hallucinari potest, ita quidem
 ut vel intempestive adhiberetur, vel iusta
 quantitate destitutum irritum profectu ad-
 moveretur, vel medicina modum excede-
 ret, vel ab uno morbo in contrarium fieret
 transitus: Nollem ego ades atrociter Prin-
 cipem in subditos armari, ut quos imperio-
 deberet, armis oppugnaret, nihil enim in
Principatu unus periculosius est, quam prin-
cipem periculum facere, vinci possit à suis-
 nec ne, nam in adultis rebellionibus qui me-
 dicinam à violentiâ extremâ etiam iustis-
 sima inchoat, idem facit ac qui torrentem
 praecipiti casu de rupibus altissimis labentem
 se sistere posse confidit; quo circa illa omnia
medicina

illi
 dan
 de A
 rep

medicina tutior visa est, quæ à M^{te} Casa,
 petatur, et hæc est legationis mea sum-
 ma, à sacra Casa M^{te} petere, ut Trisia
 Orientali, intestino hoc malo propter sedi-
 tis forum Embdanorum ratiem afflicta, cle-
 mentissime, et tamen tali remedio vellet
 succurre, quod qualitate, quantitate, et ap-
 plicationis virtute morbum. Hunc, cito, tuto,
 et juvande sanet, sic enim omnis boni medici
 principalis scopus esse debet.

Quod si simplex nostrum malum corpusq, purum
 et integre sanum esset, simplicem et solitariam
 curationem postularem, atqui cum supra
 demonstratum est, locum affectum, in quan-
 titate cocochimia, obstructionibus, item et
 aliis causis præternaturalibus offideri, mor-
 bumq, non esse simplicem, sed implicitum,
 itaq, ad eam necessitatis scopum adigimur,
 ut nisi causis illis semotis, remedia, quæ
 substantia totius contrarietate morbum
 profligant, exoptare non queamus, si quidem
 cause illæ incomitantes et occultam perni-
 ciem rebellionis fovebunt, et antidotorum
 vires infringent, infirmasq, et parum effica-
 ces reddentur medicamentorum vires; Hæc
 igitur vitia ante omnia existimamus solvenda,
 id quod, fit diæta et pharmaco; diæta in absti-

mentia, et temperantia; abſtinentia enim
malorum uſum excludit, et in totum pro-
ſcribit; temperantia vero bonorum abu-
ſum, per ſuſpenſionem, ubi etiam ſaluta-
ris compeſcit, tumq; ſalutaribus præceptis
corrigit; abſtinentia blande nullâgri-
ſentia aut corporis aut humorum impul-
ſione, nullâq; aliena quantitate, in corpus
inducta ſenſim ac ſentē progreditur.

Primo abrogando id, quod hactenus male
eſt uſurpatum, deinde ſeveriter prohibendo,
ne quid ei ſimile impoſterum fiat, temperan-
tia vero recta utendorum diſtributione ca-
lorem inſitum, omnium naturalium fun-
ctionum autorem, fovet atq; excitat, qui per
omnia diſſuſus ac inſortus, novi cibi copia
omnime implicatus, ubiq; vim ſuam exercens
invaſeſcit, ac primum quidem uſilem ſuccum
ac ſanguinem in corporis, partiumq; ſubſtan-
tiam mutat, abſumitq; nutritione, tenues
vero humores ac ſupervacuos in halitum di-
gerit, ac ſine ſenſu diſſipat, crudos conco-
quit, mutatq; in ſanguinem alendo corpori
idoneum. Ex ſupervacuis autem craſſos
attenuat; Lentosq; detergit, ac proinde ſtre-
nuè expetit obſtructiones: adhuc quicquid
conſequere

concoquere non potest, id saluum preparat, vi-
asq; omnes corporis, quibus excluditur, pa-
tenteriores, expeditiores facit. Tum autem
expultrix facultas, quacumq; preparata
fuerint, in expurgationis vias abducit, ex-
pellit foras. Hinc plerumq; alvus spon-
te solvitur, vomitiones erumpunt, urina
profunditur uberius, cerebri excrementa
defluunt, et quae à purgationis viâ lon-
gius absunt per spirationem dissipantur,
his corpus universum, sublato onere leua-
tur, respiratio libera fit ac facilis, mens
sensusq; omnes expeditiores, alacriorer
evadunt;

Dicta huius tam salutaris amula consti-
tuta est à Politicis atq; ac à juris consultis
prohibitio, quâ certarum rerum usu ali-
cui interdicitur; Brun. de Haro. lib. 5. cap.
16. s. 8. quae aut sit in iudicio, iudice sedente
pro tribunali ad litigantium, jus priva-
tum conservandum, et proprie vocatur in-
hibitio. Quintil. Mando. de inhit. g. 2. n.
g. vers. aut inhitet iudex. Vel sit à Magi-
stratu extra iudicium, pro conservando statu
regiminis, et omnium rerum ad populi
commodum spectantium. Divus Thom.
quem allegat Mandos. d. loc. cap. secunda
q. 104. art. 1. vers. ad primum. Et olim
in

in Republ. Romana vocabatur curatio.
 Bodin. de Republ. lib. 3. c. 3. et passim hodie
prohibitio facta per modum provisionis -
 Lancelot de attentat. lib. 2. c. 20. §. 33. De qua
 nos hic agimus, ejus duo singularia privile-
 gia animadvertimus, quorum primum est,
 attantum fiat à Magistratu Supremo, Pa-
 pa nempe vel Imperatore; Mandos.
 de loc. n. o. sine causa cognitione solemni;
 Lancelot de attentat. lib. 2. c. 4. n. 44. le-
 gato velo. Paris de puteo de syndicat. §.
 an officialis remotus: alterum est, ut
possit in officio publico Constitutus ille pro-
hiberi, non obstante regula, lite pendente
neminem sua possessione, sine causa co-
gnitione, esse privandum. De quo mo-
 do provisionis juris consulti sic scribunt -
 §. lubet enim et infinita paucorum pro-
 batissimorum testimonia adducere §.
 a. Quando Imperator, vel Papa, vel
 etiam Magistratus alius superior, ad tol-
 lenda scandala §. seditionem videlicet,
 & alios Reipub. motus: §. vel causam, vel
 possessionem, ad se avocat, potest id lic-
 te et sine causa cognitione, facere, hanc
 theoriam multis P. autoritatibus et re-
 rum

M.
 dan
 per A.
 rep

rum iudicatarum exemplis confirmat.
 Lancellot. d. c. 4. n. 60. 37. per rationem L.
 Constitutiones de appellat. ubi sic scribitur.
 in his causis ubi latro manifestus est, vel sedi-
 tio praeupta, factio, cruenta, vel alia iusta
 causa, appellatio & vel alia similis causa co-
 gnitio & executionem non impedit, non poena-
 rum festinatione, sed praeveniendi periculi
 causa: Nihil ratione scandali evitandi,
 multa in iure permittuntur, quae alias naturae
 suae prohibita sunt et illicita.

Et tiam si regula adest, lite pendente nemi-
 nem sua possessione, sine causa, cognitione,
 esse privandum, et ut illa regula à Lancelloto
 declaratur n. 44. tamen haec regula cum sua
 declaratione fallit in delictis, in quibus quis
 ipso iure privatur, qualis est rebellio, semper
 enim inquisito interdicitur administratio. D.
 in l. I. ompp. de iure fisci. 3. Quando inquiri-
 tur vel accusatur is, qui habet jurisdic-
 tionem et subditos, illi debet interdici et suspen-
 di jurisdic- et omnis administratio, ob hanc
 causam, vel super querelis, atq. timore et me-
 tu possit procedi. Thoma. Grammat. Conf. 19.
 in p. 4. si officialis venit Syndicandus ex eo,
 quod deliquit in officio, tunc illi interdicitur
 administratio, sive perpetuum sive temporale
 gerat officium Robert. Lancel. de attentat. p. 2 c. 5. n. 17.

5. Officialis lite et inquisitione contra eum
pendente, suspenditur ab officio, et non solum
privatur possessione, quam potuisset forsam
sperare se recuperaturum. Lancellot. d.
p. 2. C. 4. n. 28. et omnium optime et late, -
Francisc. Marcus in decis. Delphina. 654.
per tot. 6. Quando contra potestatem Syn-
dicandam inquisitio generalis formata est,
specialis sententia sine alia inquisitione,
non solum quoad suspensionis interdictum,
sed et quoad poenam ipsam sequi debet, ju-
dicia enim criminaria ad instar civilium
reducuntur. Sicuti ergo in civilibus est
dare generalem actionem Domino contra
suum gestorem sic Principi contra suum
Rectorem, et sicuti ex probatis super gene-
rali actione sequitur specialis condemnatio,
ita et super inquisitione generali Bald.
de Cerasio de Syndicat. official. i. 33. 34.
et segg. 7. Quando officialis accusatur,
quod deliquit in officio, vel si de negligentia
saltem Levi suspectus est, interdictur ipsi ad-
ministratio, aliusque in ejus locum subroga-
tur, si laicus est, vel coadjutor ipsi constitui,
tur, si Prelatus, nec refert temporales -
sint, an perpetui, idque ob hanc rationem
nam nisi ab officio suspenderetur, asttuerent
testes scientes veritatem, vel minarentur;
sunt

sunt verba. Pami. de puto in tract. de Syndicat.
 verb. auulatus n. 52. 5. Q. Quam rebellionis
 secunda viam compendiarium interpretes
 juris ex suo cerebro neutiquam excogitarunt,
 sed ex arcanis superiorum, ex legum & Con-
 stitutionum libris occulte & sparsim hauri-
 ferunt neque enim Imper. aut. Principes ea,
 in quibus vis & maiestas imperii sui con-
 tinetur, legibus comprehendere volunt, ad
 quas praeter se, neminem obligare possunt,
 neque per disputationes in vulgus eliminari,
 quae tanquam secretissima intra cubiculi
 sui arcana sunt retinenda. Et quia ex
 illorum numero est, hac nostra prohibitio
 siue provisio, nam Magistratus removere
 aut suspendere nemo potest, nisi qui illos
 creavit, hanc ob causam sine dubio factum
 est, ut illas animadversiones in Magistra-
 tus praesertim maiores, nulli inferioris aut
 pares decisioni submitterent sed sibi reserua-
 rent, atque se remittendas saepius scriberent,
 sicuti videre est ex Novell. 8. 15. 17. et multis aliis.
 Quia tamen aliqua illustriora huiusmodi testi-
 monia in iure scripto supersunt, addi ea hic
 placet, ut ex iis augeatur aliquo modo pragma-
 ticorum auctoritas, sic autem. Hac de re ad pra-
 fectum praetorio Orientis rescribunt Imper. Valens =

. Anianus, Theodosius et Arcadius. si-
 quos iudices vel propter adversam vel longi-
 gam corporis valetudinem, vel propter
 negligentiam, aut furtum, aut simile ali-
 quod vitium, sublimitas tua inutilis es,
 se repererit, his ab administratione remotis
 et vice eorum aliis subrogatis, furibusq. pecnis
 legitimis subactis, ad nostra mansuetudi-
 nis sententiam, non crimina sed vindicta
 referatur. L. c. de offic. praefect. praetor.
 Orient. 2. Magistratus si quid videatur
 agere non recte, nuntiari ad gloriosissi-
 mos praefectos hoc debet, ut inde ei fiat
 cura, privatio, unde etiam datur; referi-
 bit Justin. Imp. in Novell. 15. cap. 1. inf.
 3. Quies popularium et disciplina specta-
 ritorum ad praefecti verbis curam pertinet,
 nam et in urbe interdicare, et quae alia soli-
 tarum regionum potest, et negotiatione
 et professione, et advocacionibus et foro,
 et ad tempus et in perpetuum respondit.
 Ulpianus. L. un. §. quies cum L. de offic. praef.
 verb. 4. Erit et illa poena, ne quis negotiis
 publicis interveniat; Hic enim privati
 interesse poterit, publicis prohibebitur,
 ut solent, quibus sententia praecipitur.

vixesui, hoc est publicis, abstinere, ita post
 multos interdicti muneris, officii, & digni-
 tatis modos, concludit idem Ulpianus *Idem*
 l. 9. §. 8. de poena similes textus reperiri,
 tunc in l. poen. cum aucto. seq. C. de iud. ubi
 iudicii et Magistratui suspecto adiungitur
 Episcopus Soci Novel. 85. c. 3. inf. ubi pra-
 fides provinciarum et alii inferiores Ma-
 gistratus, ob promissum usum et fabri-
 cationem armorum, Suspenduntur;
 Removenturq. ab officio Magistratus et iudi-
 cis, qui pauci Violatores digna animadver-
 sione persequi negligunt. C. un. §. iudices de
 pau. tenend. et ejus violat. sed de exemplis
 et usu praestantissimarum Rerum publica-
 rum probari potest, interdictum hoc provin-
 ciale ad compescendos extremos ag. ac medius
 Reipublica motus & pericula salubriter
 fuisse adhibitum: Nam ut Archontes
 Melitenensium, Harmusdem Lacedaemoni-
 cum, A. Symnetam Thepsalia, tanquam
 penitus extinctas curationes taceam, Romani
 in statu populari et optimatum, quum
 vis aliqua major de improviso oborta ingentem
 Urbi cladem minitari videretur, ad Dictato-
 rem diuendum remedium omnium deside-
 ratissimum confugerunt, quo creato, omnium
 Magistratum Imperia, uno populi officio

jus et Majestas erant in suspensio, donec ille
 in rebelles et seditiosos satis animadvertisset,
 et motum Reipublicae plane sedasset. Post
 quam vero imperii Majestas ad unum tra-
 s lata fuit, et si is perpetuum curatoris et
 dictatoris nomen et officium sibi attribuit,
 tamen singulare quoddam Magistratus
 genus in singulis provinciis extra ordinem,
 et ita per modum provisionis constituit, quod
 Trenarcharum appellavit, quorum officium
 fuit, tutelam quietis, ac pacis conservare con-
 cordiam per singula territoria. S. ult. (Coe-
 remur: disciplinam publicam et mores cor-
 rigere, S. ult. d. 7. ex quib. caus. maj. illis pre-
 fertim, qui seditiones faciunt, Nov. L. 7. C. 2.
 constitutarunt hoc idem Galli, quando regem
 res regni constituunt, Germani per vicarios
 Imperii, et deniq. Imper. ipse in seditioni-
 bus rusticorum Austriae, paucis ab hinc annis,
 suppressendis, hoc enim et ratione et experien-
 tia compertum est, ad seditiones et rebellionesq.
 inveteratas sensim extirpandas, hoc reme-
 dio provisionali in aulis et rebus pub. nihil
 frequentius, nihil tutius, nihil inventum
 expeditius. Leg. sane immerito, omnes enim
 conditiones et qualitates tam manifestas, -
 quam occultas in se continet, quot quot possunt
 esse. Hinc nostra rebellionis perfecta contraria,
 ut enim

medium contra
 rebelliones.

si enim munimentorum ac militum iudici
 cum virtute iudicium et iudiciorum regit ac
 legit, munit ac punit omnia. Idem duplici
 ratione et modo; uno quo inobedientiam
 Civitatis nostrae malum inveteratum sol-
 vit, et ne ea renascatur prohibet. altero,
 quo obedientiam gubernationis primum
 bonum reducit, et ne illa post hac praesen-
 ti huius nostrae similis capitis diminutio-
 nem patiatur, efficit. Primus modus
 abstinentiam imitatur, et tam citius
 quam canonico jure interdictum prohibi-
 torium dicitur, alter temperantiam et
 suspensionis specialiter provisionis titulum
 assumit. Interdictum duas habet qua-
 litates, unam internam et quasi naturalem,
 externam alteram, et quasi artificialem.
 Haec partes in obedientiae ordine recolligens
 illarum analitiam ex jure scripto ac non
 scripto demonstrat, laeviora inde orta im-
 probat, pertinaciamque in perseverando seve-
 rissime prohibet; illa, quae contra hanc
 prohibitionem fiunt, acriter puniendae mo-
 net, conficitur ergo ex hac massa secundum
 artem, Emplastrum modice refrigerans
 intemperiem Embalanorum, roboransque et
 astringens partes laxatas, et veneno virescit,
 struens, ne impunitate peccandi licentius progred-

Emplastrum.

diatur, applicaturque parti affecta, quam proxi-
me id fieri potest, in figura inhibitionis
et mandati poenalis sine clausula, item ci-
tationis ad videndum se incidisse vel declara-
re.

Cartes vero inobedientia Embelana in duo-
bus potissimum consistunt, in omittendo -
nempe et in committendo, in omittendo pec-
catum est, partim ex contumacia, partim ex
contemptu, eoque positivo, contumacia et ea-
quidem vera, exinde probatur, quod huc usque
nec verbis nec factis demonstrarunt, quod pa-
ruerint aut parere velint ulli alicui honesta
legi aut constitutioni, vel ab Imperatore
vel à Principe suo edita, nec illi quidem res-
sultioni, quam super Pelffzyliano tracta-
tu, ejusque confirmatione Imperator A^o
nonagesimo Septimo promulgavit, et ad
quam se toties repetito jurejurando obstin-
xerunt, Contemptu vero positivo peccant,
quando nec mandata suscipere, nec judicia
subire voluerunt, qua Sacra. Cæs^a. M^t.
Speciali jussu Princeps contra ipsos iuste
decrevit, instituit, qualia sunt, qua pro
observando mandato executoriali, contra
Monopolia Anglicana, sunt edita; qua
pro numerando censu publico ad bellum
Turcicum

Al-
dan
per A
rep

Turcicum sustinendum, in aliquot Impe-
rii Comitibus sancta, à Principe, ex consensu
Procerum, exacta; quæ pro actione tributi extra,
ordinarii, quod Rupis belli conficiendi causa om-
nes Provinciae Ordines, per modum subsidiorum
charitatis, dare unanimiter et cum expresse
consensu senatus decreverunt, instituta, de rebo
et processu ad exautorandum injustam vim
tribunorum militarium, et ad circumciden-
dam nimiam quadraginta virorum licentiam
itemq, ad liberandos Principis officiales à Cr,
manibus civium impositionibus et collectis
formatis, mandata et decreta, opposita in-
justa et violenta impositioni novorum vecti-
galium et tributorum; mandata et decreta
de non exhibitis nec custoditis rebus, in noto,
vio seditionis, rebellionis, homicidii, et vis publi-
ca criminibus deprehensis; mandatum et
decretum de notandis et exhibendis nomini-
b, peregrinorum in Urbem adventantium,
mandata et decreta pro solutione debitorum,
quibus Civitas Principi est obstricta. Denique
mandata pro reficiendis aedibus per rebel-
lionem dirutis, et si quæ sunt similia. Hæc
omnia quoniam ex Imperatoris et Principis
parte justè sunt mandata, decreta et fa-
cta, ideo sibi insita vi evincunt, nec culpa
nec dolo carere illos, qui his non obtemperantes

superioris auctoritatem spreverunt, itaque ex
pressa confirmatione mandatorum et decre-
torum promissa, inobedientia hæc tam enormis,
universali primum castigatione, quæ ad ple-
bem corrigi, quod vero Consilii et Senatores
attinet, item quadraginta viros, obedientia
vera restitui debet, citatione ad videndum
se incidisse in poenas eas, quas inobedientes
vi ac auctoritate dictæ resolutionis subire
coguntur; item ad videndum se declarari,
si iisdem mandatis et decretis plenam
obedientiam non exhibuerint; In com-
mittendo autem quia peccatum est ab his
longe atrocius, ideo, fortioribus etiam me-
dus ad circumcidenda illa peccata, per-
manencia necessarius erit utendum, nam ut
de iis actibus et delictis, quæ a tempore re-
solutionis ecclæ, usque ad diem, quo Comiti
Ennoni homagium præstitum est, in Urbe
perpetrata sunt, nihil hic repetam, tracta-
tus certe et pacta ista, quæ pro reducendis -
monopoliis proscriptis clam inviverunt; no-
vorum item Magistratuum et imperiorum
vel constitutio, vel renovatio prohibita, ar-
morumq. & admiralitatis usus illicitus:
debitorum item Civitatis nomine contracto-
rum moles, et absolute gubernationis rerum

Elle
dam
per
rep

ad Civitatem pertinentium tyrannidis quæ,
 admodum et tumultus, quos pro turbando
 statu ac regimine Civitatis, in Curia, in
 arce, in foro, in templo, ad impediendam
 collectionem tributi Turcici ordinarii et
 extraordinarii, ad excitandos novos in provin-
 cia motus, ad defendendos eos innocentissi-
 mos, ad extorquenda vectigalia injuste
 civibus imposita, ad exequenda decreta à
 Senatu quadraginta viris et tribunis mili-
 taribus an principis ministros, omni ju-
 re honestate et utilitate contradicentibus
 edita, ad supplantandum Principis honori,
 auctoritati et juri, ad detrahendum Impe-
 ratoris obedientiam et M^{ti} hactenus sce-
 rentissime sunt crissi, auditi et in absolu-
 ta seditionis forma, editi, a nullo, qui bo-
 nus est et justitiæ ac veritatis cultor, quæ,
 si justæ ac Legitimi sint, probari possunt;
 sed nisi virtuti vim inferre velimus, omni-
 bus modis non tantum ea omnia quæ in
 committendo admissa sunt, verbis et scriptis
 sunt improbanda, verum etiam manifesta
 abrogatio, ne factis tollenda, et ne quid tale
 in posterum fiat, sub poena gravissima
 animadversionis, civibus seditiosis, cujuscunque
 illi sunt ordinis, Conditionis, ac status, erit infer-

 Hls
 lums.

„dicendum, atq; hoc modo interdictum hoc,
 prima provisionis nostra pars, abſtinentiam
 natura convenientem recte imitabitur. Ut
 vero abſtinentia ſine temperantiâ, alterâ
 recta diata parte, non tantum inutilis eſt,
 verum etiam noxia, ager enim nititur in-
 vitum ſemper cupitq; negata, ideo opuseſt
 rectore et directore, iſtâ videlicet temperantiâ.
 Eodem plane modo noſtris Embelanis interdicta
 illa plus oberint, quam proderint, niſi ad
 illa auedat temporalis quædam ſuſpenſio,
qua mali et ſeditioſi iubentur à publicis abſti-
nere: boni vero interim diſcunt, quomodo
 privilegii ſibi conceſſis moderate et cum ra-
 tione uti debeant; illa enim, qua ex inter-
 dicto profluunt abſtinentia ratio, ab his, qui
 ſeditione et rebellionem infaniant, nunquam
 ſponte obſervatur, cum animus ager ſem-
 per erret; neq; magiſtratus ex media tur-
 ba infanientium electus, ad ejus obſervantiam
 acrioribus remediis cogere ſeditioſos poteſt, -
 nam ſi aliquid forte tentabit, vi ſolita vio-
 lentia, et rebellionis, impeditur, ita ut præ-
 ter minas nihil præſtare poſſit; id quod
 olim Conſ. Romani querebantur, qui cum ſedi-
 tioſos cives ad populum conſugientes ordinario
 Imperio coerceri non poſſe viderent; minas dice-
 bant

Ma
 dan
 nera
 tep

„bant esse Consulum, non Imperitum, ubi
 ad eos, qui una peccaverunt, provocare licet;
 sed obijciat hic aliquis, morbi nostri bene cu-
 randi imperitius Artifices, si neque sua sponte,
 neque ordinario Senatus Imperio abstinere
 à malo, et bonum facere velint cives seditio-
 si, cogi ad id severitate Imperatoris debent
 ac possunt; Idem ego quoque, ut fiat, opto,
 et toto pectore rogo, sed quaro, qua via et
modo severitas illa exerci possit et exerceri
in cives nocentes? illi ordine respondent ju-
 diciario, sed ego contra, processus judiciarii
giros, quando Dominum inter et Subditos
tractantur, Legitimae obedientiae Labyrinthum
 dico; in obedientia vero similem et rebel-
 lionis utilissimum nutrimentum esse, iudicio;
 quod quia sapientes rerumpublice gubernatores
 optime intelligunt, semper in seditiosis ipsis su-
 multitibus recte summovendis judiciarias illas
pergrinationes nimis longas abhorruerunt,
 nam nec cito, nec tuto, nec juvande componi sedi-
 tiones et rebelliones eorum nimis languida vir-
 tute posse experti sunt, et quod eadem sola, et si
 ne Suspensione, impotentia morbi curandi labo-
 rent, praesens est et in apruo persuasio, centum-
 enim miliaribus Itala judicii locus est fat ab
Embrada parte judicanda; duorum semper men-
 suum spatium opus est, ut quis ab uno loco ad alium
 egredi regredi, possit; itaque ad unum terminum

judiciali observandum tribus ad minimum
mensibus opus erit; Ego integros quatuor
menses hic substiti, ad processum extrahen-
dum: Deus novit, quintone an sexto mense
illi fontibus possint insinuari.

Id etiam si dilatione omni remota, tangere
recta ipsum alius velint, semestre sibi indul-
gendum dicent, ad minimum, ut rebellionis
suae maculas, quasito a liquo fluo, possint tegere;
Comes, ut illa abstergat, trimestri ab insinuationis
tempore indigebit, donec postea duplicatum, tri-
plicatum, et conclusum fuerit, duo vel tres
anni aufugerent, donec acta referantur, donec
vota colligantur, donec sententia concipiatur,
donec litigantes ad audiendum citabuntur, do-
nec illi comparebunt, donec sententia publica-
bitur, adhuc alterum triennium abibit; per-
tue deinde sententia forsitan interlocutoria: Reo-
rum enim est fugere, et suis exceptionibus judi-
ci perpetuum scrupulum injicere ne tam tempesti-
ve ad definitivam ferendam progrediatur, in-
ferim redeunt termini, redeunt onera, redeunt
itinerata, mittuntur Commissarii examinantur
testes, recipiuntur probationes, disputatur de illa-
rum veritate, concluditur, acta referuntur, fan-
dem definitiva sententia concipitur, publicatur,
quando Anno, à die coepti iudicii, ad minimum
Vigesimo quinto, aut trigesimo: Hanc enim perio-
dum causarum fatalem esse, testantur ii, qui ju-
dicia Caesarea ocula tentaverunt: Condemnantur
rei

rei ad poenas et supplicia quavis, etiam atrocis-
 sima; his sententia resistunt, petitur executio,
 decernitur Mandatum, quaruntur inducia,
 dilationes quinquennales, duennales, et ma-
 jores, persistunt illi in sua rebellionem, manu
 ibi agendum et milite, quando, quousque, ad an-
 nos forte decem, quindecim, aut viginti, tam for-
 tem enim et bene munitam urbem ordinam. *Embelana Vitis*
 oio et solenni bello ad obedientiam legitimam *munitam.*
 velle revocare, non solius est Imperatoris, sed
 omnium Imperii ordinum; quot hic interce-
 dunt Comititia, quot conventus circulares, quot
 monitiones, quot tractatus, quot difficultates?
 Moritur interim Imperator, moritur Prin-
 ceps, moriuntur rebellionis auctores, mutantur
 tempora, mutantur mores, mutantur
 consilia, actiones, et factiones. In sum-
 ma si omnia accuratè recensere, et recolligere,
 duobus jubileis omnino opus est ad proces-
 sus illos plane et plane absolvendos, Huius-
 tam cito, inquires: quid mirum: quibus
 enim infinita illa negotiorum mole in-
 cumbit? quam non nostra solum Germania,
 sed tota pene Europa in hanc unicam au-
 lam deponit, et exonerat, his ut brevior
 terminus ad iudicium aliquod ordinarium,
 et solenni sententia definiendum constitua-
 tur omnis recta ratio prohibet; tam propter
 processuum et causarum innumerabilem

multitudinem, quam propter personarum
 et Imperiorum frequentem mutationem.
 Extlandi enim defesso novus semper succē,
 det Hercules; Sicuti autem judicialis
hic curandi modus minus citus est, ita
etiam est minus tutus, tam ob seditionis atq,
 ita morbi innatam vehementiam, qui ex-
 tremam semper petit, neq, consilium neq,
 modum admittens: Tum ob viciniam -
 difficillimo & periculosissimo bello jam
 per annos triginta sex implicatam, quod
 bellum vix honestis Conditionibus, sed Nar-
 tis potius & Victoris arbitrio termina-
 tur, interim qui Troiam milite suo quam
 proxime attingunt, neutrarum partium
 illam esse diutius non permittent, sed ut
 Consul ille Romanus dicebat, se vel hostem
 vel amicum habere velle, dicent, Et quia
 anceps est atq, dubia mortis alea, præse-
 rea quia vulgi natura mutabilis est &
 imprudens, ea tantum, quæ ante pedes sunt,
 nec plus ultra considerans, nunquam victo-
 ria absoluta situm præstabitur, sed cui for-
 tuna hodie, vel cras plus adula bitur, illi se ad-
 junget, partim conscientia impulsu, ut poenas
 imminentes effugiat, partim pecandi sibi dūe,
 ut Principi suo egre faciat, partim opum inju-
 ste querendarum prurigne, ut habeat, inde se-
 suosq,

suasp. sustentare possit, quod enim egeni, quic-
 quid civitate, non possunt virtute acquirere,
 illud mota & perturbata ea coguntur spe-
 rare, nam ut plurimum, excineribus Urbis
 conflagrata, plus corrādere possunt, quam
 per incendia perdunt; Princeps ē contra
 et provinciales Principi addicti sibi ipsis-
 onajori cum prudentiā, temporis opportu-
 nitate, et sedulitate vigilabunt, prog, re-
 tinenda et conservanda dignitate, autori-
 tate, & potestate sua extrema movebunt,
 et alio praesenti remedio destituti Urbis po-
 tius quam Provincia ruinam et interitum
 meditabuntur, sic itaq, tandem propter im-
 becillitatem virium, unus alterum hoc
 eventum, absit tamen omen, oblundet, ut
 Princeps et provincia aut uni belligeran-
 tium parti in solidum vendictur, aut utri-
 que tributaria Id quanto cum Imperii
 dispendio conjunctum sit, prudentes esti-
 ment, et an textura judiciaria tela adre,
 bellionem nostram sonandam, aut si
 judicent.

Denique quam juncta sit Principum et sub-
 ditorum discordia etiam judiciali processu
 perspicua, qui vult, poetas et Plinios, Ovidium
 cum primis et Virgilium, atq, solum Itali-
 cum consulat, et quod aversetur, statim reperi-

„riet; ex quibus ego iterum concludo, pro-
 ceptum iudiciarium suspensione, legitima,
 et moderata destitutum, plus nocere Trifia,
 quam conducere, qua in re astuti putantur
 mihi omnes Polijfici; Itali cum primis,
 quorum unus de proceribus huius sic no-
 tissime scripsit:

Egli e bene il vero che ne casi dille rebellion
 il volere contra chi aspira alla suprema
 potenza per via di giustizia procedere et
 contra chi non s'armi si volta a voler met-
 tere in disordine lo stato del suo Principe. O
 alteri che hiano colti provvedimenti, e non atti-
 mente che il voler accendere an fuoco, dal
 quale avanti che estinguere si porta quo-
 la republica asse disfatta et altre actio-
 se a tali perturbatori riesco il disegno co-
 me si quo conti loro con giustizia tenere, si
 viene, a perdere insieme le Legg: et lo stato.

Ex adverso quia interdictum, de quo primo
 loco actum est, cum suspensione, conjunctum,
 hoc quod salutaris curationis officium est,
 solide praestat, et morbum cito, tuto, et cum-
 jucunditate sanat, onerito haec methodus
 priori est preferenda: Quia autem absti-
 nentia interdictum quae mala sunt in-
 perpetuum abrogat, ita suspensio, quae
 bona.

bona sunt et salutaria singulis atq; universis
 corporis affecti partibus secundum aequitatis et
 justitiae normam, distribuit, idq; ad exemplum
 temperantiae, duplici modo; ab usum bono-
 rum sitendo; usum autem verum introdu-
 cendo; ut enim aer, cibum, ac potus, somnus
 et vigilia, quies, et exercitatio res bonae sunt,
 et naturales secundum se, et homini recte
 illis utenti salutaris, accedente vero abusu
 et corruptione, noxia et inutiles: ita privi- legia
legia omni hominum ordini, maxime autem
Civitatibus proficua sunt et salutaria per-
 rectum usum: si vero male illis uti coe-
 rint, damnum toti Reipublicae inferunt: ut
 ergo temperantiae ab usum ciborum aliorumq;
 rerum naturalium subducendo usu reducit,
 et corpori aegro sanitatem restituit; ita
 suspensio dum abutentes non quidem ab offi-
 cio, sed tantum ab officiorum administratione
 ad tempus arceat et extraordinaria provisio-
 nis modo gubernationi Civitatis prospiciat: -
 verum privilegiorum, usum, abusu sensim
 abrogato, reducit, et obedientia rerum fir-
 mans a rebellionis malo totam rempublicam
 liberat. Quare cum extra controversiam
positum sit, quadraginta viros, et senatores
 quemadmodum et tribus officium abuti
 illis privilegiis, quae vel ab Imperatore vel a

Principe licet, vel à Magistratu illicitè
 obtinuerunt, non modo iustum, sed etiam ne-
 cessarium est, ut usus illorum privilegio,
 rum singulis et universis ad tempus aliquod
 inhibeatur, ita quidem, ut nec quadragesa
viri interim Senatum eligere, aut inter
se convenire possint, neq; Senatus (Civita,
tem administrare sub eo titulo, q. sit à quadra,
ginta viris electus, nec tribus suis privile-
giis uti, tanquam à solo Senatu datis. His
 vite factis, subjungenda est provisionalis guber-
natio tam ad interdicti vim conservandam,
quam ad suspensionis virtutem præstandam
 idonea, qua in duobus consistit, puta, in guberna-
 tionis quantitate et qualitate. Medici, quando
 morbus per diætam profligare volunt, in diætâ
 plenam et legibus solutam concedunt potestâ-
 tem, eandem præstant Politici illis gubernato-
 ribus, qui Rempublicæ a seditionibus liberare
 debent. Sic enim ille apud Livium; in sedi-
 tionibus sedandis, opus est, inquit, non solum
 viro, sed etiam libero exsolutop, legum
vinculis; quod ipsum approbat ratio, nam in-
 tantis tempestatibus sedandis, inane est im-
 perium, quod vel provocatione interrumpi,
 vel intercessione suspendi, vel pluribus com-
 munitatum impediri, vel concursu infirmari
 potest.

Deniq;

Denique omnium Historiarum monumenta
 excussa testantur, Sapientissimos Acum,
 publicarum gubernatores non nisi legibus
 soluta potestate seditionum rabiem repres-
 sisse, et in eo Majestatis sua apicem con-
 stituisse, ut quam seditionum sedatores sen-
 tentiam severitate summa exasperassent,
 eam illi clementia et lenitate sua tempe-
 rarent. Cui autem tanta potestas conce-
datur, audio disputari, Comitine an extra-
neo et alieno, an vero utriusq. Nam -
 Magistratui aut civibus Embelanis aliquid
 horum concedendum, neminem, qui sana-
 mentis est, consulturum spero. Ego ad medi-
 corum miracula in hac disceptatione provo-
 co, a quibus mihi hoc responsi datur, in aetiam
 sive dietam regimen sanationis suae calori
 naturali permittere, qui duplex est, insitus
 et elementarius; ille insolidarum partium
 humido primogenio inflaescens, Spiritu vita-
 li nutritur et coelestis atq; divina est ori-
 ginis. Ille, ex omnium elementorum
 permistione, est temperatus. Ille omnium
 primarium functionum est opifex, huc ve-
 ro adjuvans; nam elementorum temperie
 illum fovet exultatq;. Hanc si ad Rei-
 publicam nostra morbos curandos transferi-
 mus, ad Imperatorem merito primo respi-
 cimus; ille est enim vinculum, pro quod-

Respublica cohaeret, ille Spiritus vitalis, quem hic tot. nulla trahunt, nihil ipsa per se futura, si mens illa Imperii subtrahatur, sed quia Spiritus vitalis, et caloris naturalis, etiam in naturā ordinatā, est relatio, ita ut ille. Si. Stentet, hic sustentetur, nos quoq. post Impera- torem alium constituamus necesse est, quia naturalis caloris vires sustineat.

Et si ad infiti caloris naturam & qualitatem omnia onetimus, illas nulli alii praterquam Provincia Comitum, et Civitatis Principi, conse- nire videmus. Nam prima illa tertium, & Civitatum, in Orientali Frisia, principia, à jure et potestate Comitum Frisia Orientalis derivantur, quibus hic Comes tanquam humi- do suo primigenio inherescit, nullum alicuius Imperii et dignitatis sua autorem, nisi Impe- ratorem solum, post DEUS. Opt. Max. agnoscens, nam ab his gubernationis sua spiritum et vitam haurit, functionum praterca omnium quae in Civitate bona existunt, aut tales jure esse debent, ipse solus autor est, et ob id Ma- gistratus annuos ad hoc confirmat, iuramen- ta, fidelitatis et integritatis in officio subeun- do recipit, provocationes, rectigalia et tri- buta, censuram, recognitionis annum, deli- ctorum animadversionem vel veniam, et si- quae sunt his majora vel similia Superioris potestatis jura, solus adhuc in verte, pen- dentibus

dentibus Suet et furentibus seditionis ac re,
bellibus subditis sibi vendicat. Et si verum
est quod Politici Rudent, in periculis Rei.
publicae temporibus, gubernationem iis Com.
mittendam esse, quorum maxime inter est,
tutam eam ac salvam esse, ut pote quod Ri-
omnium accuratissime Rempublicam tue-
buntur; necessaria consequentia concluden-
dum erit, Principi Civitatis Committi Emoni
primas gubernationis huius partes ab Im-
peratore tradendas esse: simul vero Princi-
pi tales adiungendi erunt, qui ipsum sua-
vel autoritate, vel prudentia, vel consi-
lio, vel ministerio: haec enim illa qua-
tuor elementa sunt, ex quibus Reipubli-
ca integritas constituitur: iuvare et fo-
vere in difficili hac seditionis tempore,
suum sedatione possint, ut ita elementa,
quo etiam calori suum officium suae digni-
tas integra maneat, et Princeps ad quem
respiciat, et recurrat, habeat.

In supremo ergo arbitrio Imperatoris po-
situm est, velit nolit illi ex aula, aliquem
pietate et meritis gravem virum adju-
gere, et (quod alias sponte facturum est Com-
mo) monere, ut consilio simul et ministe-
rio procerum suorum, et si quos bonos sa-
nosque in ipsa Urbe noverit, ad curationem

recte gubernandam utatur, illud enim
et natura erit, et honestati et utilitati
Reipublicae quam maxime consentaneum,
sanationis populus citius apprehendetur, ip-
saeque sanatio tutior & iucundior absolvetur.

Quod ad gubernationis qualitatem attinet,
ea consistit in iuris et privilegiorum recta ap-
plicatione. Medici illis; qui rabie, aut
hydrophobia laborant, praecipunt victum
in quantitate & qualitate sanum: Im-
quantitate quidem, nec nimis tenuem, is enim
humorum omnium acrimoniam adauget,
bilisq; fervorem accendit; neque etiam ple-
niorem, ut qui excrementis putrescere paratis
nativum calorem obruit, atq; ita utriq;
morbo pabulum subministrat. Haec pra-
cepta nobis omnino in gubernationis provin-
ciali forma erunt Leguenda, cives enim &
subditos instar mancipiorum tractare, nul-
lamq; ipsis eminentiam inter rusticos conce-
dere, id quia tenuis nimis est, fervorem illo-
rum accendit multo magis: Civitia enim
plebs saepe conficitur ex hominibus vel
timidis, vel pecuniam et honorem quaren-
tibus. Timiditas, quando cum hoste ur-
bem oppugnantem res gerenda est, omni gra-
tiae nocet, nam plebem ad incommoda susti-
nenda ineptam reddit: prodest vero haec

eadem ad pacem, et tranquillitatem publi-
 cam conservandam. At vero egestas et ho-
ngrum absoluta privatio semper nocet, et
 in quocumq; Reipubl. statu: Excitat enim
 in plebe odium rerum presentium, propte-
 rea, quod sciunt se se, nec divitias, nec hono-
 res, sine illarum ruina assequi posse. Itaq;
 hanc solam ob causam, imperium in per-
 petuo seditionis motu et metu versari ne-
 cessum est; nec enim graviores Civita-
 tum motus, frequentiores rerum publi-
 carum interitus contigerunt, quam et cum
 impune sceleratis peccare licuit, et bono-
 rum ac fortium virorum p. tales se omnes
 credunt, qui inter plebejas ambitione in-
 saniunt, et premia nulla fuerunt. Boni
 enim per neglectum injuriā se affici pu-
 tant, et irati subinde vindictam meditantur;
 cumq; propter impotentiam vindicare se
 non possunt, ad seditiones convertuntur.
 Ex adverso vero sub Principatu, impoten-
 tis plebis libidini semper inservire, civi-
 busq; ac subditis, qui naturali inclinatio-
 ne et actu ipso, rebellionī ac seditionibus
 manipati sunt, plenam licentiam viven-
 di, ut velis, per privilegia, vel propter
 sedandam seditionem, dare, multo est peri-
 culosio. Nam concedendo omnia plebs
 non fit mitior sed asperior, alia ex aliis-

postulando, cum prima impetravit. ~
 Haec enim est natura vulgi aut servituti,
 milititer, aut dominatur superbe; liberta-
 tem, quæ media est, nec spernere modice
 nec modeste habere potest, inde à sapien-
 tibus observatum est, illam Rem publi-
 cam in qua populus vel plebs multum
 habet autoritatis, & plus Licentia, nunc,
 quam sine gravissimis seditionum mo-
 tibus servari posse, sed naturaliter hoc-
 evenire, ut vel subito corruat, vel brevi-
 ter intereat; Libidinem ergo multitu-
 dinis ita moderari necessarium est, ut ager
 agricola semper sit imbecillior, libertas,
 siq; prava, nec constringi nec omnino-
 laxari videantur, nam cum plebe facilius
 transigimus gravitate et severitate, quam
 humilitate et dulcedine, neq; enim neesse
 est, ac ne utile quidem subditis imperandi cu-
 pidine excitari, sed potius obediendi consuetu-
 dine, illud aut sit, (si poenæ rationem abini-
 tio statim spectes,) per castigationem, hæc enim
 ad coercendam multitudinem, quoad hunc pro-
 cessum suspensivum, satis est, seditionis autem
 autem a liquando severius tractandi erunt, quo
 cæteris quies esse possit.
 Quod vero ad concessionem et usum privilegiorum
 attinet,

attinet, sapienter. Sutarclus monet, huius
 morbis sanandis, Princeps per ea, quae seria
 sunt, neque alicuius magni momenti, ut vulgo
 gratificetur; in rebus autem magnis omni
 animi vise illi opponat, nec unquam tantum
 gubernationis in subditos conferat, quin po-
 tiorum partem sibi retineat, nunquam bene-
 ficia maiora à subditis quam à se ipso subdi-
 tos sperare aut accipere finat: Pius enim
 is qui omnibus in rebus nimium accuratus
 est, et vehemens nihilq. concedit, et disti-
 mulat, dum se ubiq. asperum ac implacatum
 gerit, multitudinem ad certamen coopta-
 tionis ac morositate abuevit: ita nulla
 res plus prodest Principibus ac Magistrati-
 bus, quam Majestati oniscere facilitatem,
 quod iterum naturali etiam ratione. in
 consilium vocata, suum pondus habet; nam
 sicuti, ut supra relatum est, victus ille, -
 quem medici rabiosis propinant, non tantum
 inter tenuitatem et plenitudinem medius,
 sed etiam in qualitate sic debet esse compo-
 situs, ut et veneni vires hebetet, restinguatq.,
 et impediat, quominus ipsum ad intima
 facile insinuetur, eadem plane constitutio
 privilegiorum et libertatum civilium esse
 debet: Vires autem veneni restinguunt
 et hebetant alimenta, quae praeterquam, quod
 probe nutriunt, peculiari etiam dote veneno

et
da
re
Commercia.

resistunt, et adversantur, cuiusmodi sunt, quae,
cumq; cor partesq; Principes adversus ipsos mu-
nuunt, atq; corroborant, et orativum calorem spiri-
tusq; erigunt, et recreant, veneni autem auctum
intercipiunt ejusq; vires refundunt et remotantur,
quae vias quibus viscera intersunt, obstruunt, & hu-
morem, in quo illud infusa est, increascent, acrimo-
niamq; contemperant. Quod civitatem Embodo-
nam nutrit, Commercia sunt, et negotiationes -
oneritima, ad quas coelum et astra ipsos vocare
videntur, quod ut supra demonstratum est sub 59.
propositi sunt, cui D. dominatur, quorum signorum
utrumq; aequativum est, et ejusmodi rerum guber-
nationi destinatum, quare ut negotiationibus suis
tam intra quam extra urbem libere tuto ac se-
cile frui possint, non solum non est prohibendum,
sed privilegiorum, & immunitatum concessione
potius promovendum; nam qui ab initio, pro
reprimendis illis, interdicto prohibitorio uti vel-
let, Deo et natura contrarius esset: Quisit
autem et extinguit seditionem hoc Civitatis virus,
rabiem domat, concors ei ad omniam justitia
inter Principem et Magistratum. Directa Civita-
tis gubernatio. justitia autem hoc est fundamen-
tum ei ad concordem gubernationem prima via
ut Principi sua autoritas in solidum restitua-
tur, unum enim supremum Dominum agnosca-
tota Trifolia, merito ergo et illum unum Do-
minum suum superiorem agnoscat Civitas
Embodo-

Embdara, quæ non tantum pars et Provincia
 sed pecunia quasitum, privatumq; Principis
 patrimonium, restituitur autem Principi
 auctoritas sua tunc, quando Magistratus Ciri-
 tatis ipsi soli jurant, non Civitati simul, quando
 in causis quæ publici juris sunt, et ad regalia
 spectant, vel statum, Concordiam, defensionem
 et custodiam, gubernationem Civitatis publicam
 concernunt, et unde Turci & civibus vel etnolo,
 mentum. vel daonum aliquod creari potest,
 inconsulto Principe, aut sine auctoritate et con-
 sensu ejus, nihil agunt, gerunt, aut faciunt, quan-
 do deniq; in reverentia præstanda, mandatis
 accipiendis, et judiciis subeundis partes obedi-
 tia implent, ad quæ omnia præstanda jure
 divino atq; ac humano obligati sunt, Q. Læppe,
 oratoria illa, quam sæpe allegavimus resolutione.
 Eam autem quia perperam seditiosi cives inter-
 pretantur inde nova rebellionis impune con-
 tinuanda causa est orta, hanc, ut ante omnia,
 Imper. definitione, expellamus, jus fasq; et
 utilitas publica exigit, id quod hoc modo effi-
 ciendum, ut universalia primum, post parti-
 cularia tollantur, per quæ ditiasi ad novam
 illam rabiem sunt redacti, universalia sunt,
 quod sibi alijsq; persuadent, habere se imperio-
 rum jurisdictionum ac privilegiorum suorum
 usum absolutum, non ordinarium, privativum
 non cumulativum.

nullus scopus, nulla forma privilegiorum
colligi potest, quam quod eorum exercitia ordi-
nario jure usurpanda sint, et Domini Superio-
ris jus et imperium (quod in obedientia tan-
tum consistit) non modo non minuitur, sed mul-
to magis, immo p[er] Missi D[omi]ni, augeatur et con-
firmetur.

Regula est tam in jure, quam in ratione cluse
quotidiano comprobata, jurisdictiones et im-
peria non consistere in autoritate eligentis
sed in potestate confirmantis; confirmat
autem Princeps Civitatis Magistratum, sin-
gulis annis, quare jus et potestas, quam illi
habent, Principis est, itaq[ue] initio Magistratus
suo jurant Principi fidelitatem et obsequium,
sequitur ergo ex his iterum Principis imperium
et potestatem non esse per Cesaream resolu-
tionem abrogatum, sed ita confirmatum, ut
quando Princeps Magistratum Urbium con-
firmat, in illum jurisdictionis aliquod exer-
citium transferat; non sibi aliquid detraha-
re, sed suum illud jus per alium exercendo.
Magistratus itaq[ue] ministri tantum sunt Prin-
cipis, non autem Domini vel collega, ut eum
insani Embelani estimant; item alio in loco,
pro recognitione illorum jurium, quorum usum
fructum ipsis Comes super Valderanos concess-
it, numerare ipsis annuatim debent 5700. H-
ec recognitionis autem jus et substantia sola haec est,

accipi, sed relative jure videlicet et potestate
superioris salvo, atq; ita secundum vulgarem
loquendi consuetudinem ordinario et cumulative.

Quemadmodum ergo Senatorum electio
nulla est, non accedente consensu ac confirma-
tione Comitum; quemadmodum contractus, de-
creta, et sententia Senatus, si ab iis ad Comi-
tem fuerit provocatum, vim rei judicate,
non habent, sed ejus approbatione indigent;
quemadmodum in criminalibus nec appre-
hensio, nec cognitio, nec definitio, nec execu-
tio Senatus valida est, quæ non sit autori-
tate et consensu Comitum. Eodem plane modo
utiq; de reliquis etiam actibus, quos suo arbitrio
absoluto Subjectos existimant scitiosi Emiles,
ni, judicandum esse, dicendum est, ut illi non
valeant nisi Principis auctoritate, consensu
vel confirmatione adhibitis; semper enim
eandem Clausulam repetere inutile esse, ex
istimavit Imperator in iis casibus, qui jure
scripto et consuetudine approbati, suam certam
interpretationem habent.

¶ Ita quando Senatui conceditur, sub sigillo
Senatus literas maritimi conductus, (quas
Dio ~~Drig~~ vocant) dare, valeant illæ si-
a Comitum fuerint confirmatæ.

Consensum recipiendorum Civium Senatus habeat, sed non absolute, quid enim consensu tunc opus esset; sed Principis auctoritate, praecedente, illud enim et vox ipsa Consensus, et ejus natura postulat. Quod Senatui hoc datum est, ut possint pro bono publico Civitatis, singulares Tribus aut certa corpora, et collegia, officium constituere, formare, et reformare, quomodo id de jure firmiter fieri potest, nisi jure Principis salvo, ejusque auctoritate praeviente? idem juris est in debitis, Civitatis nomine contrahendis, quae Administratoribus nunquam libere, et absolute, sed salvo consensu Domini superioris, conceditur, sive jus civile, sive Canonicum, sive feudale respiciamus.

Custodiam Urbis tam diurnam, quam nocturnam, vigiliarumque Constitutionem, et quae eo referri plura debent jura, Senatus adeptus est, an absolute? an Principis superioris inspectione, auctoritate, et consensu excluso? minime gentium. juris enim manifestum est, quando officium custodiendarum Clavium Civitatis alicui committitur, cum jurisdictione ordinaria, per hoc nihil derogari majori: Et si Cons. vel Senatui illa custodia absolute competat, quid esset hoc aliud, quam Dominum esse, in subditum.

Quis: transformatum? sane secundum Boetium, perquam ridiculè, quia enim Civitas & universitates Locorum plerumque proprius contra suos dominos habent, negare illis possent aperturam castri, quod ius ab. Horret, subditum nempe fieri correctorem Superioris.

Sed latet in eo adhuc aliud mysterium in naturâ et opportunitate loci, in quo Embodita est, deserviri. Est enim in Similibus Imperii proxima Belgicus Hollandicus, tria Metropolis benè munita, et ad hostem vel recipiendum vel arcendum insigniter apta, ejus autem custodiam velle Consilium Senatori cupiam, homini plebejo, mercatorum, et dubia fidei, absolute concedere, Principem vero ordinarium et Legitimum, qui ejus tutelam et Defensionem Imperatori et Imperio juravit, cujus provincia salus in ejus quietâ conservatione consistit, omnino excludere, hoc non modo iniquum plane & injustum, sed potius sufficientissima impulsio esset, ut vel alienigenis Urbs illa, prodi, vel perpetuo rebellionis motu periret, et tam Comiti, quam ejus provincia totiq. imperio Germanico voluntariam calamitatem attrahere velle. Promisit denique Comes Edzardus, nosse se castrum, quod in urbe per seditionem est circum-

Sum, ad antiquam fortalitii formam reflexe,
re, nolle illud vigilibus militaribus custodi-
re, nolle aliud novum, sive in Civitate, si-
ve extra Civitatem, cum primis qua ipsum
vel superius vel inferius Anasi præterfluens
aqua attingit, adificare.

Tales transactiones et privilegia in jure has
habent Durationes si videlicet res et status Ci-
vitatis in legitimo suo statu permanserit, nisi
ad aliud fatalis calamitas me coegerit, his
enim et similibus in casibus non Princeps
tantum in Urbe proprietatis et Domini jure
sibi subjecta; Sed etiam Dominus feudi in-
pendo vasalli sui nova propugnacula adifi-
care, ea tam subsidario, quam auxiliario
milite defendere, et se suosq. à subditorum
civium atq. extraneorum hostili impetu
defendere potest, cum plus valeat universa te-
rius Provincia, salus, quam particularis que-
dam certi loci utilitas, et qua privata sunt publi-
cis merito cedunt. Has ergo declarationes si
prioribus decretis adjecerit et secundum eas suppo-
sitionem hanc, in modum mandati poenalis sine
clausula, formaverit Imp.; Laudatissima moti-
vi hujus curandi fundamenta statuentur, app-
tunc verum erit illud, quod Politici scribunt;
Facilius unius Dominatu ac imperio, quam pau-
corum aut plurium, discordias civiles sedari pos-
se, cum qui Dominatur, imperandi ac prohibendi
majesta =

majestate subditos coercere possit, aut bonorum
aut fortium civium, qui improbis obistere va-
leant, partes fieri. Item quacumque Civitas morum
corruptelâ est repleta, ubi ab una regitur, statim
sua sanitati restituitur, neque aliud discordantis
patrie remedium, quam ut ab uno regatur.

Altera concordis gubernationis via erit, quando-
Magistratui ordinario auctoritas et potestas sua
non minus, quam Principi erit restituta; auto-
ritas consistit in eo, ut eam, quam Tacitus à me,
Nulla plebis, et pessima seditionum omnium fœ-
quadragenta viris electoribus senatus, expectare,
et in illorum verba jurare coactus fuit, posthac
à Principe habeat, cui Tacitus nomine qui-
dem confirmatio ejus relicta, re ipsa vero auto-
ritas omnis adempta.

Quam vero præter naturam est dicere, spinâ
oncollam illam, cum primis quæ capiti proxi-
ma est, et vertebris colli ac cervicis inhaerere,
non à cerebro, sed à cauda vel pede infimo, vel
etiam ab excrementis corporis totius ali debere,
tam irrationale est in jure, et principis posi-
tius, sub Principatu unius plebi ejusque excremen-
tis potestatem Magistratus constituendi concedere.
Ergo sicut immortalis Dei providentia partes
inferioris corporis, tanquam sordibus inquinata-
tas atque foedas, in locum imum, velut in sen-
sinam corporis relegavit, proculque amanda-
vit, ne fetris visceribus cor et cerebrum, prin-
cipum facultatem sedes, atque sensus ipsos consta-

minarent ac conturbarent, ita recte fuerit Imperator si à gubernatione Reipublicae, praesertim vero ab electione Magistratus collusionem illam quadraginta virorum penitus abstinere iusserit, eamque in inferiorem ordinem, locum suum ordinarium, reposerit, ne vel senatus ab ipsorum stultitiâ aut furore semper pendere, nec illi sordidissimis suis tumultibus et seditionibus Reipublicae detrimenti adferre audeant.

Quoniam praeterea quadraginta virum vis una cum sociis sui furoris, tribunis militibus, armorum usum privatâ autoritate, tam ex Principis quam senatus et Magistratus manibus, scelerate et per vim publicam, extorserunt, ut neque Princeps neque senatus eorum rabiosam peccandi et in quovis irruendi licentiam nec frenare nec domare potest, sed qui ipsos metuere debent, hos ipsi metuntur, non poterit certe senatui autoritas sua restitui, nisi metu remoto, nec metus removeri, nisi armis depositis; nec tuto illa deponi, nisi apud Principem, ut ab eo senatores et Magistratus armorum usum, ubi opus fuerit, tuto reponere possint. Itaque ut arma Principi, et per Principem senatui restituantur, concordia horum, in qua civium salus consistit, exigat.

Denique -

Denique concordiam tandem tunc demum
 restitutam. Deimus, quando totius civitatis
 gubernatio pristinum suum habitum recupe-
 raverit, qui talis erat. Princeps Magistratum
 amabat et regebat, ut prudens et fidelis mari-
 tus conjugem suam dulcissimam amare & regere
 solet; Magistratus Principem venerabatur, co-
 lebat, sequebatur, ejusque Civitatis res curabat,
 eo plane modo, quo casta maritum, et liberorum
 amantissima uxor maritum, liberos familiamque
 totam colere, revereri, sequi, & curare solet; erat
 ibi una fides, unum pectus, et unus amor, cives et
 subditi sive illi naturales essent, sive adoptivi
 à Principe diligebantur ut filii, heredesque et
 successores dignitatum, immunitatum & privi-
 legiorum in Civitate omnium constituebantur. —
 Honorum Dues et Magistri erant Civitatis Ma-
 gistratus et Senatores. Hi in salutem, vitam
 & mores Civium recte formandos diligenter ami-
 madvertebāt, nec monitis tantum & praeceptis
 sed etiam levioribus castigationibus efficiebant,
 ut boni peccatum odissent virtutis amore; ma-
 li formidine poenae.

Quos vero plane incorrigibiles videbant, hos ad
 Principem remittebant, qui si quos in contuma-
 cia & inobedientia pertinaces et perversos ser-
 vabat, eos primum ex hereditatione, hoc est, ex
 suspensione à publicis dignitatibus & honoribus, à
 Civitate & denique à tota provincia corripbat, sa-
 ro extremis suppliciis in Cives et subditos, sapius.

immo sapissime in extraneos fuit animaver-
sum, qui vel latrocinii, vel piraticâ, vel alio
delictorum genere civium vitam ac fortunam in-
sidiantur, nam salutem populi supremam
legem, quam coherent, Princeps atq. ac Magi-
stratus agnoscebant, ex adverso Cives et subditi
vero et sincero amore, honore, obedientia et
obsequio Principem, ut patrem colebant, ama-
bant, metuebant. Magistratui vero obtem-
perabant fideliter, et ipsius præcepta oraculo-
rum, instar observabant.

Postquam ergo totos centum annos sub hac
gubernatione Civitas Embdara steterat, con-
stans et salutarissima semper et ubiq. inter Prin-
cipem, Magistratum, et cives audita fuit con-
sensus et harmonia: evolvantur annales, Im-
perii, inspiciantur procepsus vel in Imperiali
aula, vel in Camera Spirensi, per integrum se-
culum, usq. ad tempora hujus rebellionis, insti-
tuti, calumniator ero, si vel unius sit oracula testi-
monium produci poterit, querele, motus, vel
tumultus alicujus, inter Principem, Magistra-
tus et Cives, inde, Verbo, quæ initio exiguis ca-
sis includebatur, brevi in justâ magnitudinis
moles excrevit, Familias, corporibusq. colle-
gis honestissimè aucta fuit, ejusq. robur ad-
permatum est ut undiq. conspirantium ventorum
vim non sustinere solum viriliter, sed etiam repri-
mere fortiter posset, siue terrestribus, siue nava-
libus

libus armis sit opus. Quid vero novus-
hic et seditiosus gubernandi ordo et regimen
confusio boni praestitit? Nihil; quid
mali? omne quod bene constitutam Civita-
tem in extremam perniciem praecipitare
novit.

Septimus annus est, quo rebellio egregium
hunc partum exclusit, Dei immortales, quot
et quanti illam secuti sunt motus, tumultus
seditiones, rebelliones, defectionum initia, quan-
tum invidia et odii, quantum querelarum, ac-
cusationum, inquisitionum, relationum, de lege
ac fracta pace publica, de minuta majesta-
te, de homicidiis; quanta processuum tam in
Aula Imperatoria, quam in Camera. Piren-
si moles, quantus sedandorum sive repenti-
indies novorum motuum labor, non Provincia,
non aula, non Camera. solum, sed et omnes Im-
perii circuli et ordines, imo extranei Reges,
Principes, Respublica; per novos istos, si
Dei placet, gubernatores, mota sunt et commota.
Nulla apud eos pietatis, nulla mandatorum,
decretorumque ab Imp. promulgatorum aucto-
ritas, reverentia nulla pactorum conventuum
nec juris jurandi fides, nullus neque Dei neque
Magistratus, imo neque diaboli onetis, Charitas
omnis est extincta, iudicia sublata, Nos com-
mer-
ciorum praecisus, robur Imperii Privilegium, adeoque

Curiarum illud est, non hominum. Imperium.
 Alii vero ductus ab hac Anarchia, sperare
 vel colligere, nec naturalis nec civilis ratio per-
 mittit. Ea enim felicitatis humanae conditio
 est, ut momentanea tota sit, et in diem vix per-
 durans, et saepe fit, ut quo quis maiora incre-
 menta ab hac accepit, tanto graviore casu ite-
 rum in præceps ruat, id omnium maxime in
 seditione civili, qua cum qui multum luctantur,
 parum aut nihil potius differunt ab his, qui
 gravi tempestate jactantur, eodem enim modo,
 usque deus in omnes partes abripiuntur, donec uni-
 versi velut communi Republica nave fracta,
 penitus submergantur; ejus imbecillitatis est
 ratio, quod suam gubernationem, qualis qualis
 illa sit, tantum ad libertatis seu licentia po-
 tius ampliationem dirigunt, quod imperfectio-
 nem consilii denotat, quod ad pacis leges non
 assueti, destitutiq; legibus ac consuetudinibus
 confirmatis, ac juventutis recta institutione,
 propter ardorem amplificandi libertatem,
 variarum cogitationum labyrintho implicen-
 tur, appetitus ad vitia suscipienda potes-
 tate facto, Magistratus severitas ad cives
 in officio continendos hebescat, neq; ad vi-
 tia violenter exstinguenda sufficiat, unde gu-
 bernationem, vite brevitate, et maximorum
 morborum mole conflictari necessum est; præ-
 terea, potentia, quam seditio extorsit, initio
 sui-

fui exemplo semper est vitiosa et claudicans,
unde fieri non potest. ut Leo Papa, in qua-
dam epistola scribit, id bono peragi exitu, sermi-
numque iusti regiminis fortiri, quod malo prin-
cipio est inchoatum, cum enim natura ea
sit potestatis, ut etiam optimum quicunque
in deterius mutetur, impossibile quodammodo
erit, ut qui vi aut fraude, potentiam sibi qua-
sivit, eam possit bonis artibus tueri, est
enim hoc proprium vitii in initio actus com-
missi, ut quarto longius progrediatur, tan-
to pluribus viarum erroribus intricetur il-
lum, qui ejus ductum sequitur, id quod de
his cum primis verum est, qui diuturno
et moderato Principis Imperio assueti, et
per naturam ad obediendum tantum voca-
ti, casu aliquam libertatis laxitatem ac-
quirere videntur.

Nam plebs habet simile quiddam cum se,
ea, quae etsi sua natura, in silvis pastum
quarere, et latebras suas habere solet, si qua-
tamen, captiva à feneris annis in carcere
nata fuerit, ea deinde si in liberos campos
libera dimittatur, neque pastum quarere,
neque latebras in quibus se occultet, inve-
nire novit, itaque facile rursus incidit in cas-
ses cujusvis, qui illam venari conabitur.

Solem autem populo Principatus assueti, quia
enim artem gubernandi vel plane ignorat, vel
non

non recte intelligit, quia etiam rationes e-
 non percipit, quibus se defendere, alios item
 offendere, et cum Principibus vicinis ali-
 quam potentiam habentibus pacisci recte
 possit, quorum auxilio Libertatem confer-
 ret, idcirco per multos seditionum gyros
 tandem sponte redit sub idem jugum, aut
 etiam deterius; quam id quod excusserat.
 quibus defectibus, erroribus et calamitatibus,
 cum nova hæc Embellarum, ad obsequia præ-
 standam natorum, gubernatio penitus sit subiecta,
 mirum non est, Italia ab ipsis facinoræ quotidie
 committi, quæ hactenus fuere recensita, accidisse
 illis vere, ut hodie magis sine dominio sint,
 quam in Libertate, dum enim Libertatem et vi-
 ta laxioris campos, per seditionem et factiones,
 quasiverunt, multo graviore servitute oppressi,
 ad arctissimas Libertatis cancellos sunt redacti,
 postquam optimis per vim ejectis, in pessimi
 cujusque potestatem redire, et dum suis legibus
 uti obstinate laborarunt, in multa acerba &
 legibus contraria inciderunt.

Ergo si suspensivo hoc remedio onoribus nostrum
 etiam per causarum extinctionem perfecte sana-
 re volumus, ut ad eam pacis et concordie resti-
 tutionem nos convertamus, omnino est necesse,
 quam natura ipsa nobis monstrat, usus et expe-
 rientia confirmat, et recta ratio approbat, sic
 enim Platonem sequemur, qui in omni consul-
 tatione monet, vetera et usitata moris ac re-
 tibus

libus, quicta inquietis, et multum negotii habi-
tuturis praeferenda esse, nam hoc modo certa
incertis, tuta periculososis praeponuntur; Po-
manis etiam prudentibus nihil probabatur
quam ex antiquo notum, nam veteribus qua-
lus evidenter arguerat, stare maluerunt;
idem nos cogitemus, dicamus, faciamus, et
reduemus, in Frisiam nostram, excellentiam
gubernationis, studium pacis, et morum -
integritatem, quibus absolvitur salus Rei,
publica et tantum submonuisse. sufficiat,
quomodo rectus privilegiorum usus et bel-
lioni resistit, eamq; penitus exstinguit.

Quoniam vero qualitas ciborum non tan-
tum in bona nutritione, et virtute consti-
tuendi & rebetandi vires veneni consistit,
verum etiam in iis posita est, quae veneni
ausum intercipiunt, ejusq; vires retundunt
et remorantur, superest, ut consultemus, qua
ratione gubernationem provisionalem etiam
ad hac medicorum praecepta accommodare
possimus. Est vero horum ciborum du-
plex usus, prior vias, quibus ad viscera iter
est, obstruere, alter humorem, in quo illud
inhaesit, increpare acrimoniameq; contem-
perare potest: Vias autem, quibus ad viscera
Vrbis, ciues nempe Embelanos, itur, partim
maritima sunt & navales, partim vero terre-

"Itres; illas recte obstruimus per naves,
 usq; impositos praefidiarios milites, has
 vero per munimenta in Urbe extracta, custo-
 diibus, & vigiliis nocturnis atq; diurnis,
 ad munimentorum, portarumq; Defensio-
 nem ordinatis. His ergo bene constitu-
 tis, veneni accidentis vim semper poteri-
 mus intercipere. Sed humorem vero-
 ra quo seditionis et defectionis virus inhaere-
 scit, increpandum, acrimoniamq; sempe-
 randam, quo veneni vires retundantur et
 remouentur, nihil sapientium omnium
 testimonio praestabilius iudicatur, quam
 vis & virtus iudiciorum, exquisita videli-
 cet animadversione eorum, qui vel clamo-
 re palam renovare tumultus, et Impera-
 toris constitutioni provisionali vel non
 obedire, vel aliquid audent detrahere, eamq;
 nova violentia volent antevertere; hae e-
 nim junctis & commixtis omnibus, rebel-
 lio, sicut morbus, cessabit, causa ve-
bellionis, licentia peccandi, contemptus
Magistratus, Consistorialium corruptio,
materia, Civium videlicet, immoderatio, et
 temperamenti intemperies partim circum-
 cidentur, partim subducentur, et sequenter
 perfectae sanationis gloria quoad Impera-
 torem,

forem, salus publica quoad Frisiam Orientalem. Quod si aliqui in eâ hæresi existerent, hoc remedio suspensivo et provisionali minui auctoritatem Cæsareæ resolutionis, committit, in naturalem æquitatem, quæ neminem condemnat, nisi auditum, his ergo tribus, quod ajuunt, i. sententiam respondet: primo suspendere privilegiorum usum propter utentium abusum, hoc non esse ca tollere; secundo eos quoad effectum suspensio- nis, et interdicti provisionalis, per inquisitionem generalem. et relationem satis esse auditos, de abusu convictos. Tertio hos ipsos pleno ore affirmare, se ab observantia Cæsareæ resolutionis dudum esse absolutos, injustum ergo est, ut quis lucrum speret ex eo, quod non semel, sed semper veris ac factis ausus existit impug- nare. Quarto prudentium virorum hæc est natura si in rebus magni momenti; ignoran- tia periculorum seducti, ab optimâ sententia aliquando oberrant, nec malis principis ob- stitunt, ut, errore cognitio, incrementa ejus prava valida, et nondum adulta, melioribus consiliis impediant, ipsiusq; malum radicitus extirpare conentur.

Verisimile quidem est hanc curandi methodum Embelanis primo aspectu gravem et insuavem futuram, nec de futuros aliquos motus et tu- multus circa curationis initium; ad propter impatientiam et clamores ægri, prudens medicus ab exhibitione salutaris medicamenti non debet

abstergeri; cum etiam inedia principia corpo-
 ri Humano valde molesta accidant; plerumque
 enim ventriculus vitiosis humoribus imple-
 tur, unde stomachi erosiones, vigiliae, corpo-
 ris perturbationes; et vertigines, quod scilicet
 insitus calor perinde ac medicamentum noxius
 humores exagitat in alimenti penuria, at ve-
 ro perturbatos ea demum subigit, domat atque
 depellit, unde magna sequitur tranquillitas,
 et morborum multorumque symptomatum
 sedatio, superstiti quidem integro etiamnum
 calore naturali. Idem erit factum huius
 nostra provisionis, in initio, medio et fine;
 jam nunc enim, ob oculos mihi positos video
 conuulsus seditiorum et rebellium omnium,
 in templis, in curia, in foro, audio calumnias in-
 iurias, et querelas iniquissimas, de fide non
 servata, privilegiis imminutis; sentio diurnas
 nocturnasque consultationes et conventicula,
 de vigiliis augendis, milite in urbem intro-
 duendo, Domino novo quaerendo, sacris atque ac
 profanis turbandis, de excursionibus in agros
 Principum, et subditorum, obsequentium,
 de destruendis nobilium aedibus, et si qua-
 sunt similia seditiorum consilia et emblemata.
 Noctis et tumultibus tota Civitas prolebitur,
 rebellesque et consiliorum et actionum vertigi,
 ne perpetua circumferentur: sed quoniam
 haec naturaliter ita eveniunt, ut motus
 quietem.

quietem antecedant, hi certe tanti aestimant,
 di non sunt, ut ejus terribilamentis va-
 nis, quietis curam, et medicinam abji-
 ciamus, quinimo fortius contra nitendum,
 ut perturbationibus sensim subactis, domi-
 fis, atq; expulsis, seditionem, et rebellionem
 sedare, obedientiam reducere, Civitatisq; ac
 totius Provincia tranquillitatem recupe-
 rare queamus.

Id quod hac provisione omnium optime
 assequemur, nam ubi nulla crudelitatis,
 presumptio, ibi seditionis celerissima ruina;
 Ex quibus omnibus jam tandem aliquando cor-
 lusio nostra satis erit formata, provisio-
nalem hanc gubernationis formam et juri
et rationi esse consentaneam, praeterea cum
 usus rerum Magister perpetuo lessetur,
 illam hanc seditionum civisium sedanda-
 rum, praesentissimam esse medicinam,
 recte atq; ex ordine facient ii, qui eam
 nostra rebellionis opposuerint.

Restat nunc videre, de altero rebellionis
nostrae remedio, quod per evacuationem
 introduitur. Medici enim scribunt, quos
 morbos inedia non tollit, medicatione cura-
 ri, auctos; Autem et urgentes morbos, qui
 praesentes ex copia laeviunt, & qualis est re-

„Bellio et feditio, sola inedia. h. e. provisio nostra
 vix tollit, itaq; vena sectione, aut pharmaco ex-
 peditē vacuandus est corruptus ac putridus
 humor, qui de sua bonitate plurimum de-
 cessit, et quem infusus calor virtute inedia neq;
 amplius in benignum reducere, neq; de repente
 exturbare potest; iōq; tam diu faciendum, do-
 nec noxii nihil restabit; quæ enim à mortis
 relinquuntur, redivivos morbos facere consue-
 verunt: nam derelicta portio totius condi-
 tionem refert, quæ quia omnino erat præ-
 lex naturam, nunquam ipsa poterit in corpo-
 ris substantiam converti, sed tempore sincerus
 humoris atq; etiam recens alimentum ingui-
 nabit, redivivosq; morbos excitabit, impura
 enim corpora, quo magis nutris, hoc magis
 offendit: Itaq; quicquid noxii humoris
 post provisionem hanc nostram in Civitate
 superest, id prorsus expurgandum, ut corpus
 à morbo vindicetur, quod fit dupliciter, præ-
 paratione et evacuatione.: preparatio in eo
 consistit, ut medicamentum accommodatum
 sit, et validum satis, ad humorem exturban-
 dum; ut natura robusta sit, quæ pravi
 tantem humorem expellat, et purgationem
 moderetur; ut humor sit tenuis & ad fluxu-
 dum aptus; corporis deniq; via, per qua
 fluxurus est, patenter ac libera.
 De singulis in primâ curationis nostræ parte
 ubi

ubi de provisionalis remedii qualitate agimus, satis fuit dictum, ac demonstratum, vim munimentorum, ac militum, jundam cum virtute judiciorum ac judicium, ac, commodatum. fatig, validum medicamen, tum esse, ad humores noxios, seditiosos nem, pe et absolute rebelles extirpandos. Vi- res quoq; totius Provinciae tam quoad ca- put, quam quoad reliqua membra satis ro- bustior esse, ad pruritantem humorem expellendum, et purgationem moderandum, maxime, quando Caesarea M^{is} autoritas, et praesidium illas forebit, imo multi sunt in ipsa civitate, adhuc boni et sani viri, qui nihil aliud in votis habent, quam quod Dei voluntate, Imperatoris autoritate, Principis sui Legitimi ope, ac suo deniq; Pub- lido, tyrannis illa crudelissima ex Civitate ejui possit; humor, turba, scilicet et collu- ries seditiosorum, et si hoc tempore, magna est et multa, omninoq; glutinosorum, cras- sorumq; et crudorum humorum natu- ram cumulat, tamen absq; Dubio per provisionalem illam gubernationem, quam supra explicavimus, multum mi- nuetur, et si aliqua evacuatione opus erit, ut facile fluat, attenuando, mitigando, conoquendo, alterando, praeparabitur.

Et quamvis via illa, per quas noxiorum
humorum turba educi debet, propter ve-
bis bene munite, obstaculum: quo solo-
peccatorum suorum impunitatem se de-
sensuros sperant: obstruita videantur, et
minus libera, tamen ubi provisionali
gubernatione Civitas regi coeperit, et abatu,
suorum privilegiorum ad verum usum
reduci, et in eo vi ac virtute iudiciorum, et
si opus erit, militum, conservari, fauillime
illa removebuntur repagula, et undiq, pa-
tens preparabitur via, per quam turba il-
la noxia, facile educi poterit, et exterminari, et
ut in specie subiungam, quantum nempe ad eva-
cuationis futura utilitatem, citationes et man-
data petita conducent, certo certius est, quod
illa, qua generalia sunt, et ad certa collegia
directa, temperabunt intemperiam Condo-
norum, desideriumq, illorum rebellandi na-
turale. Nam superiorem se habere, sen-
tient, cujus vim ac potestatem metuere de-
beant, quia et novis antiqua cumulare, fidiq,
ac suis rebelles dignis suppliciiis afficere possit.
Deinde, auctores seditionis omnes frigescent
metu justitiae, et vindictae, ne turbas novas
excitent, et postquam rebellandi licentiam,
fidi-

sibi preclusam videbunt, in id saltem inter,
 si erunt, ut impetum legitima animadversio,
 nis, aut evitent, aut effugiant; robur denique
 pristinum autoritatis Principis resurge,
 bit, partim quia Princeps non nisi a quo jure
 cum rebellibus suis velit agere, eosque à vi et
 metu injusto liberare, partim quod regimi-
 nis sui approbationem illi tribuit, qui Dei vi-
 ces in his terris gerit, et à quo Principatus
 sui dependet autoritas; citatio vero illa, -
 qua specialiter ex ipsissima Civium medulla
 rebellionis Principes evocantur, has habebit
 utilitates; principio consortia nocentium, et
 innocentium Civium divellens, suppliciorum
 acerbitatem ad paucos, onerum in omnes, se deri-
 vare velle ostendit. Iudex laudabitur,
 quod nosit paucorum diffundere crimen
 in omnes. Bonorum amor erga Prin-
 cem crescit, quia sua innocentia cum testem
 reperiunt: mali è contra diverso metus
 terrore convitiuntur, tum quod per provi-
 sionalem gubernationem omnes sibi adi-
 tus preclusos vident ad nova tentanda;
 tum quod ad poenam suam omnia lente
 preparari animadvertunt; itaque exte-
 me rebelles, quando se hac evocatione, in-
 reorum numerum delatos, et nigro sa-
 pillo notatos animadvertunt, conficien-

. sic impulsu et supplicii metu, vel ex Civi-
 tate sponte excedunt, vel ad obedientiam, seris
 revertuntur, vel iudicio et Lite pendente pro
 catharmatis Reipublica habitis, ab hono-
 ribus et dignitatibus publicis exulant, su-
 giuntur a bonis atq; a malis, novarumq;
 militiarum viis obstructis, furis male
 gestorum ita torquentur, ut ipsis vita
 sit supplicium, mors solatium. Ceteri
 qui seditionis et rebellandi morbo non adeo
 extreme sunt subjugati, quando turbas illas
 singulorum periculo concitatis & sub univer-
 sitatis velo pecuandi Licentiam peraruptam
 vident, rebellantium signa statim deserunt,
 et obedientium turba, sese, vel aperte immis-
 cent, vel clam insinuant, saltem ut privatam
 suam reculam ex hac tempestate in tranqui-
 lum aliquem portum reducant. Nam
 qui tales sunt, incipiunt magis quam patiantur,
 lascivire non sevirunt, leviter moventur, le-
 viter sedantur, non fluvius ac mare, cuius illi
 qualitates omnes etiam ex vicinitate plane
 induerunt, sicut enim illud natura sua im-
 mobile, ventorum Lamen spirantium vi-
 agitur, mobileq; efficitur, ventis cessanti.
 Lus quiescit et sedatur, sic populus sua sponte
 placatus.

placatus hominum seditiosorum vocibus,
ut violentissimis tempestatibus, attollitur
quibus oppressis, ipsum vulgus pavidum
et fons redditur, maxime ubi de pecunia et
fortunarum dispendio agitur, tantum enim
ex publicis malis sentit, quantum ad suas
privatas ipsorum res pertinet, cetera velut
ad ista, insuper habet atq; ducit.

Mandatis ergo et citationibus his, una cum
reliquis provisionalibus gubernationis requi-
sitis rite expeditis, manifestum fiet, an
evacuatio aliqua vehementior istis reme-
diis adiungenda sit: an vero corroboranti-
bus tantum utendum: si enim ipsa provi-
sio, quemadmodum superiores curationes,
vel novum paroxysmum produceret, vel mor-
bum exacerbaret, ita ut illa sola provisio mor-
bo ejusq; causis tollendis non sufficeret, ne-
quo dubitabit, pharmacis esse utendum, donec
id, quod de morbo adhuc superest, radicitus
extirpetur. Quo tempore duo erunt observan-
da, seditiosorum quantitas et qualitas, illa,
vena sectione, ut medici dicunt, hac purgatione
amovebitur. Quid per vena sectionem ali-
qui Politici, Galli praesertim, et Hispani
intelligant, satis scio: horum sententia, hoc
in casu, non audeo, sed de evacuatione illius
quantitatis traccio, qua causa est morbi -

et mali nostri proxima.

Hac in tribus consistit: plenitudine privi-
legiorum et immunitatum, divitiarum
affluentia, et in navigationis et Commer-
ciorum frequentiori usu.

*In Speculum et Com-
muni Consilio
Aulicorum.*

Prima, ergo, per privationem simplicem
evacuanda, altera per gravissimarum
onuscularum impositionem, revellendo quasi,
coercenda; Commerciorum denique et navi-
gationis usus, per derivationem ad alia
Frisia orientalis longe opportuniores portus,
transferendus; et erit absoluta hac noxia
quantitatis evacuatio; in eos vero cives sediti-
os qui qualitate peccant, et provisioni non
cidunt, hoc ordine curatio est instituenda, ut
vis munimentorum et militum, una cum vir-
tute legum et judiciorum, id quod morbi jam
factum est, summoveant salubres remedia
quae vires exhauriant, forasque proiciunt, et
quae illius furorem vim atque acrimoniam ma-
nifestis qualitatibus debetant atque consopiant.
Placuit ergo ac se se per signa permanens re-
bellio prodident, autores illius arctissimis
vinculis constringendi sunt, et custodiendi, quo
medicina et pharmacum ipsis tuto applica-
ri possit: nam hoc idem medici docent, ra-
tissimum ac te vinciendum esse, ore etiam ipsius

vi aperto, ut, quod ipsi applicari debet ome-
 dum deglutiri possit: Idem. tradunt helle-
 borum, Rhyeram. et Glocynchidem, quoniam vde-
 menter movendo, corporis habitum transmu-
 tant, à rabie inveterata. liberare. Sic relega-
 tiones, deportationes, proscriptiones et exilia,
 idem roboris & virtutis in Republica sediti-
 sa, obtinere, Adversus seditionis auctores in-
 curabilis, juris Cons. ags. ac Politici affirmant,
 commendantur in curatione vulneris per
 morbum, rabidi canis illati, carnis infecte
 ustio, et si extrema tentanda. sunt, istius
 partis sectio, et amputatio. Eadem ratio
 purgandi Civitatem. et Provinciam à sedi-
 tionibus, legumlatoribus et Politicis pla-
 cet, adeo ut in extremis, pro rebellionem civi-
ca radicitus extirpanda, remediis, probeatur
 portus et omnis alius commoditatis priva-
 tio, tandemq; ipsius Urbis absoluta, et uni-
 versalis destructio: melius enim ut pereat
 unus, quam unio, et immedicabile, vulnus
 ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
 Sed quoniam evacuatio omnis per se mole-
 sta est, et multas turbas excitat, semper
 partibus principalibus capiti provinciae
 cum primis confortantibus est succurren-
 dum, salubus, quia. subditos omnes ad obe-
 dientiam legitimam, vicini ad sinceram

amicitiam, Imperatorem et Imperium
ad tutelam et defensionem, Reges et Prin-
cipes consanguineos vel affines ad succur-
sum, et subsidia, Deum denique immortalē,
Sem et omnis boni ordinis in Republica
autorem ad misericordiam et protectionem
omnipotentem possint per movere et exor-
tare. Nam hic solus est, qui transfert,
et stabilis regna omnia, sine cuius numine
nihil est in homine, quocumque iubente alta ca-
dunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.
Utinam vero nostri Embdani hoc sibi dictum
putarent, quotidie sane et illud, quod tunc
verum sequitur, sibi insusurrari audirent.

Disce supercilium deponere, disce timere.
Ante pedes foream, quisquis sublimis minoris.
Ego nunc ad illum portum, ex quo solvi, re-
diens, à mea me promissione liberalis se puto;
nam rabiem in corpore humano, et rebellio-
nem nostram convenire, nomine et re, idem
signorum causarumque et remediorum pro-
bari similitudine, ea, qua potui diligentia, de-
monstravi.

Idem quibus arbitrium rerum Germanicarum
Deus dedit, si nunc legitis, verane an falsa
scripserim, pro vestra divina sapientia, recte
intelligitis. Ergo, quod vestri officii est, bona
et salutaria, nobis concedite, à noxio vero et vengo-
nato

nato nos liberate, mihiq; Tarquinii Prisci, in-
 morbo quidem nostro haud multum absimi-
 li sed non à similibus causis orto, supplicioq;
 precibus totum hunc tractatum concludere
 catenus permittite, ut, sicut ille, in causa
 injusta, quod voluit, impetravit; ita ego
 in causa. justissima, reportem, quod debeo.
 Sic autem ille, ad Regem vicinum: Ego ad
 totius Germaniae Imperatorem, et supremum
 nostrum et Provincia. Dominum: orien-
 tem morem, pellendi Reges, Principes inul-
 tum, ne, finas, satis Libertas ipsa, habet dul-
 cedinis, nisi quantà vi Civitates eam expe-
 tunt, tantà, Reges regna, Principes princi-
 patus, defendunt, agnabuntur summa in fi-
 nis, nihil excelsum, nihil quod super ca-
 lera emineat, in Civitatibus erit, aderit fi-
 nis regnis, aderit finis principatibus, rei
 inter Deos hominesq; pulcherrima.

Cum

libl. Götting.

Cod. MS. hist. 466 (4^o) fol. fin. un.
Neub. (fol. 185):

Aboluit. Pragae. S. 28 Januar.
18
ad 1602 ad.

*(L. 9. 5.
 1910.)*